Mrs. Rowland

from Tegid. 1851.

£10

David. C. Evans
1919

Tegid.

ANTIQUÆ LINGUÆ BRITANNICÆ,

NUNC COMMUNITER DICTÆ

CAMBRO-BRITANNICÆ,

A SUIS

CYMRÆCÆ, VEL CAMBRICÆ,

AB ALIIS

WALLICÆ,

RUDIMENTA:

JUXTA GENUINAM NATURALEMQUE IPSIUS LINGUÆ PROPRIETATEM,

QUA FIERI POTUIT ACCURATA METHODO ET BREVITATE CONSCRIPTA.

EDITIO ALTERA.

OXONII,

Prostant venales apud Cooke, et Parker; Mackinlay, Strand, Payne, Pall Mall, Londini; Broster, et Poole, Cestriæ; Carnes, Holywell.

1809.

Excudebat S. Collingwood.

REVERENDO ADMODUM IN CHRISTO PATRI

GULIELMO

EPISCOPO ASAPHENSI DIGNISSIMO;

ET

COLLEGII ÆNEI-NASI APUD OXONIENSES
PRINCIPALI VIGILANTISSIMO;

HANC NOVAM

JOHANNIS DAVIES, S. T. P. GRAMMATICÆ
EDITIONEM,

SUB EJUS PATROCINIO SUSCEPTAM
ET ABSOLUTAM,

QUA PAR EST REVERENTIA

D. D. D.

EDITOR.

Junii die vicesimo
MDCCCIX.

LECTORI S.

NON abs re exiſtimavimus in uſum Studioſæ Juventutis hanc eruditiſſimi Auctoris Grammaticam, vix ullo jampridem pretio comparandam, in medium proferre. Editionem priorem, extremis tantum in paginis notis minuſculis hic illic adjectis, accurate ſecuti ſumus.

Hæc Additamenta ex auctoris autographo exscripta, quæ mecum benigniſſime communicavit Epiſcopus Londinenſis, præſul de Eccleſia Cambro-Britannica bene meritus, haudquaquam ſunt ſpernenda. Ed.

P. 27. Litera C. K anglicum.

P. 29. l. 6. Et ſcribunt Teutones *ch* ubi Angli *gh*, ut Rich, Right, *Verſteg.*

P. 30. l. 22. Scribebant etiam Latini Serfus, Corfus, pro Servus, Corvus.

P. 38. l. 13. *Pro* ut *lege* ut nec.

P. 51. note (l) *Pro* l. i. c. 2. *lege* l. ii. c. 1.

P. 53. l. 11. Sunt et Arabibus pluralia in Owna.

P. 54. l. 15. Simile eſt Arabum plurale in Aton.

P. 61. l. 10. In Latinis *au* et *o* inter ſe invicem mutantur; Plauſtellum, Ploſtellum; Aulula pro Ollula; auſculari et auſculum pro oſculari et oſculum, dicit *Feſtus.* Aurichalcum pro Orichalcum: et quæ per *au* ſcribebantur, per *o* pronunciabant veteres Lat. *Quint.*

P. 62. l. 17. Sic et apud Arabes ab uno pl. formatur aliud ad copiam ſermonis.

P. 66. l. 15. Similis eſt terminatio Eth ־ת Heb.

P. 68. l. 2. Adde Drudaniaeth.

P. 92. l. 2. Eſt et Arabibus ſimilis locutio, Deus eſt in potente, i. e. potens: Ego ſum in credente, i. e. credens.

Ibid. l. 15. Sic et Arabes.

P. 107. l. 25. Sic Arabice Modus infinitivus nomini verbali Lat. reſpondet.

P. 186. l. 26. Ita et apud Arabes nominativo plurali eleganter præponitur verbum ſingulare.

VARIA ERUDITIONE CONSPICUO,

MULTISQUE NOMINIBUS PLURIMUM VENERANDO SENI,

AMICO SUO SEMPER AMANTISSIMO,

EDMUNDO PRISEO,

ARCHIDIACONO MEIRION.

S.

FESTINANTI mihi, vir venerande, paucis te ſuper impolitis hiſce Rudimentis evulgandis conſulere, quod unicum huic præfatiunculæ deſtinâram; præſagire cœpit animus, etiam in me tantulum, linguamque noſtram Britannicam, ſua vibraturum tela Momum; cujus is demum calumnias evitare ſolet, qui tute nimis latendo ſibi cavere ſolet, nunquam in publicum prodire. Hujus igitur ſuſurris primo loco occurrere, nec tibi moleſtum, nec a re noſtra alienum fore exiſtimavi. Criminatur ergo quod aliorum laboribus, qui in hac arena feliciter deſudarunt, hanc meam opellam addere, et, quod aiunt, poſt Homerum Iliada, aut auſus fuerim, aut ſupervacaneum non duxerim. Nec tamen eſt quod hoc tantopere miretur, ſi meminiſſe libeat, quantumvis Hippiæ non placuerit ἀεὶ ταῦτα audire, Socrati tamen valde placuiſſe ȣ̓ μόνον ἀεὶ

ταῦτα, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν αὐτῶν· ſimulque animadverterit, in linguæ Britannicæ Grammaticis tradendis præceptis, a nemine, ſaltem recentiorum, ad ſummum eſſe perventum. Aliorum laboribus nos multum adjutos fatemur; cum omnes acceſſiones principiis, magna ex parte, debeantur. *Qui* tamen *ante nos ſcripſerunt magiſtri noſtri non ſunt,* in quorum verba jurare neceſſum ſit; *ſed duces,* quorum veſtigia, qua recta incedunt, premere par eſt; [a] *Et ab iis multum eſt futuris relictum.* [b] *Pigrique nimis eſt ingenii contentum eſſe his quæ ab aliis ſunt inventa; nec quicquam abſolute perficietur unquam, ſi inventis ſimus ſemper contenti.* Si igitur aliorum labores ſtudioſis ſatisfeciſſe vidiſſemus, labore hoc noſtro lubenter ſuperſediſſemus. Sed cum omnes, quorum libros videre contigit impreſſos, poeſeos Britannicæ ignaros ſeſe profiteantur, quî potuit ab eis quicquam ſolidum et abſolutum in Grammatica præſtari, quibus quarta ejus pars Proſodia defuit? Sed, doctorum omiſſis perfectionibus, notare defectus, noſtri non eſt inſtituti. Tantum acceſſionem opellæ noſtræ fore Eccleſiæ Britannicæ non inutilem ſperamus, et ex labore noſtro fructum aliquem ad nonnullos perventurum. Quod ſi præſtiterimus, *Omne,* quod ait ille, *punctum tuliſſe* nobis videbimur. Sin minus, amplum ſatis operæ noſtræ pretium reportabimus, ſi conatibus hiſce

[a] Seneca Ep. 33. [b] Quintil. lib. x. cap. 2.

noſtris feliciora ingenia ad linguam Britannicam diligentius examinandam, et perfectiora inveſtiganda poſſimus invitare.

Sed non unico dimicat telo Momus: plura ſimul contorquet; Quæ, inquiens, hujus linguæ præſtantia? Quæ utilitas? Quæ neceſſitas, ut cultu putetur digna? Et Tibi quid cum Grammatica?

Ad linguam quod attinet, præcipua honoris et dignitatis palma, de qua inter ſe linguæ decertare ſolent, vetuſtas eſt; et Britannica cum plerique vulgaribus, ut nihil dicam amplius, in hanc arenam non verebitur deſcendere. Nec antiquius habent linguæ vetuſtatis argumentum, quam quod earum neſciatur origo. Britannicæ autem originem qui inveſtigaveris, eris mihi magnus Apollo. Reliquas omnes Europæ linguas, ut pleriſque placet, pepererunt Latina, et Arabicæ proles Chaldaicæque neptis Sclavonica. Et qui [c] plures enumerant Europæ linguas primigenias et matrices, quarum ignorantur parentes; Britannicam matricis linguæ honore non dignari, ne auſi quidem ſunt. Hujus autem linguæ vetuſtatem non obſcure videtur innuere dictum illud [d] Taciti, *Britanniam qui mortales initio coluerint, indigenæ an advecti, parum conpertum:* Et [e] Cæſaris, *Pars interior* (Bri-

[c] Joſeph. Scaliger vult eſſe 11. Brerewood 14.
[d] In vita Julii Agricolæ.
[e] Comment.

tanniæ) *ab iis incolitur, quos natos in insula ipsi memoria proditum dicunt:* Et Diodori Siculi, *Britannia priscis temporibus nullius advenæ imperium experta.* Atque hinc fortasse est quod nonnulli existimarunt Britannos sese [f] *Cymro*, et Pl. *Cymry*, h. e. Aborigines, indigitare solitos, (si nec a [g] Gomero, ut quidam volunt, nec a Cambro, quod verius est, ortum sit illud nomen) linguamque suam *Cymraeg*, Aboriginem seu indigenam sermonem appellitare: non quod e terra, fungorum more, germinasse gentem, et cum gente linguam crederent, sed quia et gentis et linguæ initium sit omni hominum memoria antiquius. Quod enim nonnulli, *vocabula Britannica palpitando*, ut [h] Viti Basinst. voce utar, a Gallica deductam volunt, tam frigidas levesque adducunt conjecturas, ut ne responso quidem egeant. Quod autem affirmant *Gallos olim usos esse lingua* [i] *Britannica ex vocabulis a*

[f] *Cymro* a *Cyntaf*, aut *Cynt*, et *Bro*, Patria, ut *Cymlith*, a *Blith. Cymraw*, a *Braw. Cymhleth*, a *Pleth.*

[g] Uno filiorum Japhet, a quibus divisæ sunt insulæ gentium, Gen. x. 2. 5. ad latera Aquilonis, Ezec. xxxviii. 6. quales sunt Anglia et Sicilia, ait Wolphg. Musculus; et ante eum Theophilus Antiochenus. Et Joseph. Antiq. lib. i. cap. 7. Vide et Camden. p. 7. §. Ut vero. Et Thucydidem Grammaticum, quem Virgilius in Priapeis Britannum vocat, Quintil. lib. viii. cap. 3. Cimbrum dicit.

[h] Lib. i. nota 8.

[i] Naturalis lingua Francorum communicat potius cum Anglis, eo quod de Germania gentes ambæ germinaverint. Will. Malmesb. de gestis Regum Anglorum, lib. i. p. 25.

Rhenano, Sidonio, Lazio citatis, falsissimum esse, dixit [k] Humffredus Luidus.

Deinde, si eo nobilior, perfectior, antiquior, et ad animi sensa exprimenda, aptior, commodiorque lingua judicanda sit, quo majorem cum Hebræa, unica generis humani per 1700 plus minus annos lingua, omniumque deinceps linguarum matre, fonte, et [l] archetypo, habet congruentiam; Britannicam hac ex parte nulla, credo, superat, nulla æquat. Si enim literas spectes, sono cum Hebræis quam optime conveniunt. Si nominum, pronominumque ἀπτώτον sine casibus variationem, solis numeris distinctam; verborum radicem, tertiam personam singularem; pronominum affixa, cum vocibus aliis in unam dictionem coalescentia; partium orationis etiam indeclinabilium variationes; formas denique vocum absolutas et constructas; pene Hebræam esse dixeris. Si accentuum leges, nunquam nisi in ultima penultimave syllaba occurrunt, ut nec in Hebræa. Si phrases, locutionum modos, orationis syntaxin, consideres; certe nec Græca nec Latina, minus vulgarium ulla, ita ad vivum Hebraismos exprimit, ac Britannica: quod in isto libello manifeste liquebit; ubi, pro re nata, paucos adduxi; universos enim collecturo, in molem nimiam, justumque volumen excrevisset libellus,

[k] In fragm. Br. descript. p. 46.

[l] Quo propius quid ad archetypon accedit, eo perfectius esse dignoscitur.

cum nulla fere univerfi Vet. Inftrumenti pagina occurrat, ubi non fæpe Hebraifmum, ad vivum imitetur Britannifmus. Nec tamen hic Hebraifmos data opera venamur, aut affectata diligentia de novo cudimus, fed quos adducimus meri funt Britannifmi, *lippis atque tonforibus*, idiotis, plebi, pueris, noti, vulgo ufitati. Si denique poefin fpectes, linguarum, quod fciam, nulla ita convenit cum Hebræa, ac Britannica, five Rhythmum, vel unius fyllabæ fimplicem, vel duarum duplicem, vel alternum; five refumptionum, accentuum, concentuumque obfervationem attendas: ut in profodia patebit. Denique luce clarius eft meridiana, linguam Britannicam cum orientalibus, a quibus univerfæ linguæ ortum habent, magnam affinitatem habere: cum reliquis Europæis pene nullam. Quamvis enim Romano fubacta Imperio, [l] aliquas voces Latinas, fuas fecerit: nonnullaque vocabula ab aliis linguis, ex populorum commercio, fit mutuata, proprias tamen habet ejufdem fignificationis voces, quæ nulli alienæ debentur linguæ.

Addo quod duratione etiam, plerafque, fi non omnes, faltem vulgares, hæc lingua fuperat. Mirandum enim quod in angulo tam angufto, per tot annorum centena, non obftante Saxonum Normannorumve tyrannide, [m] *non avitum tantum nomen, fed et linguam fuam pri-*

[l] Hæ voces artes a Romanis derivatas et res divinas præcipue fpectant. *Ed.*

[m] Camd. Brit.

migeniam, ſine ulla aut inſigni mutatione, aut alterius linguæ admixtione, in hæc uſque tempora, *ſartam tectam*, illæſam propemodum et incorruptam conſervarit reliquiarum Britannicarum manipulus. Idque, quod majus eſt, invitis Romanis, *urbis imperioſæ civibus*, ut loquitur [n] Auguſtinus, qui gentibus ſibi ſubditis omnibus *linguæ ſuæ jugum*, omni conatu, etiam latis legibus imponebant, ita ut [o] *Gallicas et Hiſpanicas provincias, Latinas prorſus fecerint*; [p] *et omnes fere gentes Latine loquerentur*. Leges enim quibus provinciæ regebantur Latinas eſſe oportuit, et provinciarum prætores ſententiam Latine dicere. [q] Extantque exempla ademptæ civitatis ob hanc unam noxam, linguæ ſc. Latinæ ignorantiam. Narrat enim [r] Suetonius, ne nullum proferam exemplum, *ſplendidum virum Græciæque principem, a Judicum albo eraſum, et in peregrinitatem redactum*, quod Latinam linguam ignoraverit. [s] In ſcholis etiam ea ſola fuit approbata. [t] Nec legatis, ſupplicantibus,

[n] De civ. Dei, lib. xix. cap. 7.

[o] Vives in Aug. loco cit. et lib. iii. de tradend. diſciplinis.

[p] Ὧν μὲν λόγῳ νῦν ὁμοῦ πάντες ἄνθρωποι χρῶνται. Plut. in Quæſt. Plat. q. 9.

[q] Dion Caſſius, lib. v. cap. 57. Lipſius de pronunciat. ling. Lat. Vide etiam Valer. Max. lib. ii. cap. 2. Triphon. Conſ. lib. xlviii. de re judicata.

[r] De Tiberio Claudio, lib. v. cap. 16.

[s] Tacit. lib. iii. Annalium.

[t] Digeſt. lib. i. de ſtat. ho. de orbe Rom. et Vives in Aug. loc. cit. et Val. Max. ubi ſupra.

appellantibus in Senatu loqui permiſſum eſt niſi Latine. Immo et *Græcos ipſos Latine loqui cogebant, non in urbe tantum, ſed in Græcia et Aſia, quo Latinæ vocis honos per omnes gentes venerabilior diffunderetur,* ait Val. Max. lib. ii. cap. 2. Nec enim abſolutos ſeſe victores exiſtimabant, aut plene rerum potitos, actionum humanarum domini facti, niſi et loquelæ etiam dominarentur. Britanni tamen, inquam, *linguam ſuam una cum religione, invitis victoribus omnibus, invitis Paganis, inconcuſſe,* ut cum [u] Giraldo loquar, *retinuerunt.*

Præterea, omnes fere aliæ linguæ, ſingulis pene annorum centenis, tantam patiuntur mutationem, ut eaſdem eſſe vix credas. Immo et in Græcam ipſam, præſertim poſt Rom. imperium Conſtantinopolim tranſlatum, irrepſerunt multa [x] vocabula Latina, et poſtea Italica, Sclavonica, Arabica, Turcica. Et ait Feſtus, qui floruit tempore Auguſti Cæſaris, *ſermonem Latinum ita eſſe mutatum, ut vix tunc intelligi poſſit.* Et Polybius lib. iii. *Capita pacis initæ a populo Rom. cum Carthaginenſibus, ſuo tempore ægre a peritiſſimis poſſe intelligi* affirmat. Et *Saliorum*

[u] In Itin. Camb.

[x] Πραιτώριον. Matt. xxvii. 27. et ſæpe. σπικουλάτωρ. Marc. vi. 27. φραγελλόω. Matt. xxvii. 26. φραγέλλιον. Jo. ii. 15. λέντιον. Jo. xiii. 5. σουδάριον. Jo. xx. 7. σικάριος. Act. xxi. 38. Et apud Ignatium δεσέρτωρ, δεπόσιτα, ἀκκέπτα. epiſt. 8. ad Polycarpum. ἐξεμπλάριον. ep. 9. ad Heronem. et ep. 11. ad Epheſ. et τέσσαρμέντον, λεγάτον, μανδάτον, πατρῶνος, &c. apud Juſtinianum.

verſus a Numa compoſitos, *a ſacerdotibus non intelligi,* dicit [y] Quintilianus. Ad Anglicam quod attinet, quantum ſit ſingulis ætatibus a ſeſe mutata, videre eſt in Hiſtoria Anglicana Holinſhedi in fine W. Conqueſtoris: et ex Chauceri poematis, et uniuſcujuſque ſeculi ſcriptis liquet.

Tantum, aiunt, longinqua valet mutare vetuſtas.

At Britannica ante mille, credo, annos, idem habuit idioma quod nunc retinet, ut ex poematis utriuſque Merlini, [z] Sylveſtris ſc. et [a] Ambroſii, [b] Aneurini, et [c] Ambroſii Teleſini, liquet manifeſto; [d] *Quæ a nunc recepta loquendi ratione, non ita diſcrepant, quin ab iis qui vel mediocriter in lingua Britannica ſunt verſati, poſſint intelligi.* Quare rectiſſime [e] Camdenus *linguam Britannicam minime permiſtam et longe antiquiſſimam* DICIT. Nuperrime ſane propter quotidianum cum Anglis commercium, et juventutem in Anglia educatam, et plerumque ad Anglicam linguam magis quam ad ſuam, a pueritia aſſuetam; Anglicæ quædam voces, et Anglicſmi

[y] Lib. i. cap. 6.

[z] Tempore Vortigerni circa ann. Chriſti 450.

[a] Tempore Aurelii Ambroſii, a quo et nomen accepit, circa ann. 470.

[b] Tempore Arthuri.

[c] Tempore Malgonis, circa ann. 580.

[d] Jo. Priſ. eques aurat.

[e] Brit. p. 18. §. Omitto.

nonnulli eam invaſerunt, et quotidie magis magiſque invadunt.

Addo inſuper quod nec in plures per tot ſecula, poſt ſeparationem a Cornubienſibus, poſt colonias, [f] unam in Gallia Armorica, [g] alteram in America, locatas, diviſa ſit, ſed una ſemper manſerit. Cum enim, exempli gratia, una lingua *Italica* Latinæ notha, *in Genuenſem, Longobardicam, Hetruſcam, Romanam, Neapolitanam, Calabrienſem, Siculam, Bergomenſem, Venetam, Tridentinam, et Pedemontanam* [h] *diſtrahatur*: Britannica poſt tot annorum curricula, gentiſque clades, una ſemper manet.

Atque huc facit quod nobilis ſenex Britannicus ab H. 2. Anglorum rege, *Quid ſibi videretur de viribus Britannorum, et regio in eos apparatu interrogatus, reſpondit, Gravari,* inquiens, *plurimaque ex parte deſtrui, veſtris, Rex, aliorumque viribus, nunc ut olim et pluries, gens iſta valebit: Ad plenum autem propter hominis iram, niſi et ira Dei concurrerit, non delebitur. Nec alia, ut arbitror, gens quam Cambrica, nec alia lingua, pro parte majori, in die diſtricti examinis, coram ſupremo judice, quicquid de ampliori contingat, pro hoc terrarum angulo* [i] *reſpondebit.* Huc etiam

[f] Præfecto Conano Meriadoco, circa ann. 384. qui cum Maximo Tyranno contra Gratianum profectus eſt. Gild. Girald. Guilielm. Malmſ. Gervaſ. Cant. &c.

[g] A Madoco ap Owen Gwynedd, circa ann. 1170. Guttyn Owen. Humffr. Llwyd. D. Powel. Hacluyt.

[h] Arias Montanus ante Bibl. interlin.

[i] Camden ex Giraldo in topog. Walliæ.

pertinet Telesini poetæ prædictio, qui cum Britannorum cladem, servitutem, captivitatem, cecinisset, tandem subdit,

Eu Ner a folant,
Eu biaith a gadwant,
Eu tir a gollant,
ond gwyllt Wallia.

Quod Latine sic reddi potest,

Usque laudabunt Dominum creantem,
Usque servabunt idioma linguæ,
Arvaque amittent sua cuncta, præter
Wallica rura.

Neque hoc sane rem attentius perpendenti adeo mirandum. Reliquis enim nationibus in more fuit semper positum, ut [l] vicinarum linguarum cognitioni, et vocabulorum novitati studerent: a qua nos semper adeo abhorruimus, ut legibus cautum fuerit ne Bardi vocum novitati operam darent, sed vetustæ linguæ custodes, etiam constitutis præmiis, designarentur. Plerumque etiam fit ut in montanis, sterilibus, rigidis et inamœnis regionibus, quale nobis reliquum solum, linguæ vetustæ post plura secula illæsæ maneant, cum vellus aureum non habeant quod Jasones invitet. Sic ferunt [m] *aquilonarem et montosam Hispaniæ partem*, quæ a Carthaginensibus, Mauris, et Romanis, præ ste-

[l] Ut Angli linguæ Gallicæ tempore Edwardi Confessoris, circa ann. 1040. Ingulphus.

[m] Lipsius.

rilitate non eſt debellata, etiam nunc [n] *vetuſtam linguam Cantabricam retinere.* Idem teſtatur Thucydides de Atticis et Arcadibus, unde illi, ſe αὐτόχθονας terrigenas, terra ortos, hi ſe προσελήνες antelunares eſſe autumabant. [o] Sic in Granatenſi Hiſpaniæ provincia, Maurorum progenies Arabicam linguam retinet, Hiſpanis dictam *Araviga*; cum melioris ſoli cultores linguam didicerint Caſtilianam. Eadem ratione et lingua Epirotica adhuc manet in montibus Epiri. Et hoc nobis,

[p] *Penitus toto diviſis orbe Britannis,* contigit.

At Britannica, inquies, lingua, prolatione aſpera eſt, difficilis, impedita, confragoſa, injucunda, illepida, inſulſa. Imperite quidem dicunt, [q] *Omnes enim quam intelligunt linguam, ſonoram, facilem, jucundam, judicant:* ignotas, pro [r] *aurium humanarum ſuperbiſſimo judicio,* abſurdas, ridiculas, nugas exiſtimant; hac ſola de cauſa, quod eas neſciant. Unde eſt quod [s] Eſaias Propheta linguam ignotam, *balbutiem, blæſitatem, ſannas, et ludibria linguæ* appellat, quam [t] Apoſtolus τὸ ἑτερόγλωσσον, alienam linguam, interpretatur. Linguam autem Britannicam

[n] Humff. Llwyd. Bre. Brit.
[o] Joſ. Scaliger de ling. Europ.
[p] Virgilius.
[q] Junius.
[r] Cicero in Oratore.
[s] Cap. xxviii. 11. et alibi.
[t] 1 Cor. xiv. 21.

hac in parte cohoneſtat, quod et Hebræa, omnium domina, mater, et ἀρχέτυπον, aſperitatis, difficultatis et injucunditatis incuſetur. Ecqua vero linguarum eſt Hebræa aſperior, in qua literarum pars fere altera, remiſſiorem intenſioremve aſperitatis gradum habet? Et tradit [u] R. Aben Ezra [x] *nonnullas Hebræorum literas tam duræ et difficilis eſſe pronunciationis, ut nemo eas facile pronunciaverit, niſi qui ſtatim a primis annis earum pronunciationi ſeſe aſſueverit.* Omnes autem Orientales populi, a quibus, ut dictum eſt, omnes linguæ ſuam traxerunt originem, voces potentiore ſpiritu in gutture collidunt. Unde fortaſſe fit ut omnes linguæ priſcis ſeculis aſperæ fuerint et conſragoſæ. Ita ut vetuſtatem aſperitas arguat. Nam et veteres Latini, Leciones, Cartacinenſes, Maciſtratos &c. ſcribere ſolebant pro Legiones, Carthaginenſes, Magiſtratus: prout in vetuſta columna Duillio cuidam dicata, ſcriptum fuiſſe teſtatur [y] Celſus. Mollem, levem, et delicatulam vocum formationem quæque ſubſequens peperit ætas, naturales vocum ſonos indies magis magiſque corrumpens et circumrodens. [z] *Genuina igitur, et recta vocum prolatio, vetus eſt, nova notha.*

[u] In Exod. iii. Arias Mont. ante Biblia interlin.

[x] ח et ע quæ Græce aut Latine pronunciari non poſſe putatur. Quare ſæpe omittitur, ut Amalec, Eſau, Jacob &c. aliquando in G mutatur, ut Gomorra; aliquando in H, ut Heber, Hebræus, &c.

[y] De ling. vulg. Ital. c. 7.

[z] Lipſius de pron. ling. Lat.

Sed esto antiqua, incerta tamen est hujus linguæ orthographia, et scribendi legendique ratio, ait anonymus nescio quis, qui asserit *se inter decem scriptores Britannicos, ne duos quidem invenire potuisse, qui eandem sententiam eodem modo, h. e. iisdem literis scriberent*: non interim advertens, nos ab [z] annis fere centum elapsis, Anglice non Britannice literarum rudimenta, et scribendi legendique rationem discere solitos, et ex Anglica non Britannica in scholis Latinam linguam doceri. Ego vero constanter affirmare ausim, quod si quem vel Britannum, vel Anglum, vel Gallum, vel cujuscunque demum linguæ hominem, literarum Britannicarum potestatem semel perfecte docuero; is absque omni prorsus errore aut titubantia, quicquid Britannice scripseris recte leget, quicquid dictaveris recte scribet. Et noti mihi fuere Angli, Britannicæ linguæ prorsus ignari, qui quodcunque scriptum Britannicum (literarum tantummodo potestatem edocti) tam perfecte, aperte, distincte, legerent, ut quivis Britannus intelligeret, legentemque intelligere crederet. Tam certæ perfectæque sunt nobis scribendi normæ, ut nulli in hac parte cedamus linguæ. Sed bene est quod Hic *nihil se serium in isto libello tractaturum* dicit.

Sed toties profligatus, ferocior in linguam insurgit Momus, et rudem esse calumniatur, nulliusque elegantiæ. Ubi vero loci ruditas

[z] Ab inventione artis typographicæ. *Ed.*

iſta deprehenditur? Nam ſi voces ſpectes, certe [a] *vocum congruentia, proprietate, aptitudine, elegantia, copia, derivationibus, compoſitionibus, nulli ſororum poſtponenda eſt.* Si proſam et orationem ſolutam, eſt *ſermonis facilitate, gratia, venuſtate, adeo prægnans, fæcunda, dives; ut ad cujuſlibet artis præcepta exprimenda, felicius nihil excogitari poteſt.* Si poeſin et metricam numeroſamque orationem conſideres, omnes facile, multis, quod aiunt, paraſangis anteit. Nam regiunculæ noſtræ [b] Bardi (ſic enim noſtros poetas, ut olim Lucanus et Cæſar, etiam nunc vocamus) [c] *ne Græcis aut Latinis in ſuo genere concedunt.*

Necdum calumniari deſinit, nulla hujus linguæ Grammatices certa præcepta tradi poſſe contendens. Et hoc, ſi verum eſſet, linguæ vetuſtatem arguit. Quis enim in tanta Grammaticorum cohorte, Hebrææ linguæ omnium antiquiſſimæ præcepta perfecte tradidit? Certe nec unus nec omnes. Aditum potius ad ejus cognitionem præmonſtrarunt, quam aliquid dignum tanto hiatu præſtiterunt. Quid in Britannica præſtari poſſit, forte monſtrabunt hæc imperfecta rudimenta.

Colophonem tandem calumniis additurus,

[a] Humff. Prich. in præf. Grammaticæ Br. Jo. D. Rheſi præfixa.

[b] A Bardo Druidis filio, carminum apud ſuos inventione claro. Beroſus. Perionus. Caius de Ant. Cant. p. 23.

c Humff. Prich. ubi ſupra.

argumentum obtendit, ſuo judicio, Achilleum, Nullus, inquiens, hujus linguæ uſus, atque ideo conſervandæ nulla neceſſitas, edendæ Grammaticæ nulla, cum nihil præclarum, aut ſcitu lectuve dignum, in ea inveniatur ſcriptum; et ſunt qui Eccleſiæ et Reipublicæ conducibilius fore exiſtimant, ſi deleatur penitus et aboleatur, quam ſi conſervetur. Certe linguæ unitas ingens eſt humano generi beneficium. Quod oſtendit mirabile linguarum donum, ad collectionem Eccleſiæ in unitatem fidei, [d] Apoſtolis datum; et gravis pœna confuſionis linguarum, ad diſperſionem populorum inflicta. Eſtque optandum ſerio, poſſe iſtos rerum reſtitutores, arte ſua mirabili efficere, ut [e] *unius labii*, ejuſdemque ſermonis *eſſet univerſa terra. Rem profecto pulcherrimam meditantur*, quod [f] Vives de Romanis linguam ſuam toti orbi imponere conantibus. Sic enim tollerentur plura gentium inter ſe jurgia, λογομαχίαι, et animorum diſtractiones, quæ Eccleſiæ et Reipublicæ tantum faceſſunt negotium. Nihil enim eſt, unica excepta Religione, quod hominum animos ita inter ſe conciliat, commercia, contractus &c. inter homines conſervat, ac linguæ unitas. E contra, [g] *Nihil eſt quod ita hominem alienat ab*

[d] Act. ii.

[e] Gen. xl. 1.

[f] In Aug. de civ. Dei, lib. xix. cap. 7.

[g] Aug. loco cit. Plin. lib. vii.

homine ac linguarum varietas : et facilius ſibi animalia muta, ait Auguſtinus, *etiam diverſi generis, quam homines diverſarum linguarum, ſociantur.* Sed interim dum hoc præſtiterint moroſi iſti correctores, quod ſane plurimum temporis et negotii petere non ignorant, liceat genti cuique linguam propriam conſervare, colere, ornare : niſi malint interea hominum animas divini verbi fame interire.

Ad uſum quod attinet, cujuſque linguæ uſum duplicem eſſe conſtat ; alterum quo quiſque cuique animi ſui ſenſa exprimat, quiſque cujuſque mentem ſenſumque intelligat; et *commercia, neceſſitudo, ſocietas, conſiliorum communicatio, inter gentes conſerventur :* alterum præcipuum ut [h] omnes gentes lingua qua nati ſunt magnalia Dei audiant, mens divina hominibus innoteſcat. Atque huc pertinet [i] *linguarum, etiam vulgarium, cultura,* et Grammaticorum præceptorum traditio. *Eo enim purius a fontibus derivari neceſſe eſt verbum Dei, eo clarius populis tradi, quo purior et perfectior ſit linguarum in quibus traditur, et in quas transfertur, cognitio.* Nec enim dextere et perſpicue doceri, nec pura et incorrupta ſervari poteſt doctrina cæleſtis, ſine linguarum, etiam in quibus populo prædicanda eſt, ſtudio. Quod ſuperioris ſeculi barbaries cum erroribus conjuncta, et hujus ſeculi, quo linguæ

[h] Act. ii. [i] Junius.

excoli et efflorefcere cœperunt, Religionis emendatio, et rerum tum divinarum tum humanarum renafcens cognitio, luce clarius demonftrat. Hebrææ et Græcæ ufus eft a reliquis peculiaris, ut Prophetarum et Apoftolorum oracula intelligant Divini verbi concionatores, reliquarum ut prædicantes intelligant populi. Si nullus igitur illis videatur hujus linguæ ufus, certe hic negari non poteft, utpote qui in hac infula ab ipfis Apoftolorum temporibus, in hunc ufque diem invaluit. Et cultum profecto meretur lingua Britannica vel hoc nomine, quod [k] *Omnium provinciarum prima Britannia, publicitus Chrifti nomen recepit*: unde et *Primogenitæ Ecclefiæ* nomen fortita eft Britannica. Nec fane ullo modo credendum eft, voluiffe Deum linguam hanc poft tot gentis clades, imperii mutationes, tyrannorum molimina, in hæc ufque ultima tempora confervatam, nifi eadem etiam Nomen fuum invocari, fuaque magnalia prædicari decreviffet.

Denique in lingua Britannica plura extitiffe doctrinæ monumenta, teftis eft veritatis mater Hiftoria, teftantur Hiftoricorum et Poetarum quæ extant [l] fcripta, quæ tamen maxima ex parte, hoftium invidia, temporum injuria, hominumque noftrorum incuria, periere. Narrat

[k] Sabellicus Enneade vii. lib. v. Platina in Eleutherio.
[l] Gildas.

enim [m] Cæſar, [n] *Druidum diſciplinam inter Britannos primo repertam eſſe, atque inde in Galliam fuiſſe tranſlatam; Galloſque plerumque Britanniam diſcendi cauſa proficiſci, ibique diutius morari.* Et dicit [o] Plinius *magiam tam attonite inter Britannos* ſuis temporibus *celebratam, ut eam Perſis dediſſe videri poſſint.* Literarum autem cultores, etiam ante Romanorum adventum, quod quidam auſi ſunt negare, fuiſſe Britannos, vel hinc liquet, quod literis Græcis tunc temporis utebantur, quod ex Cæſare non obſcure colligi poteſt, quarum etiam nunc clara retinent veſtigia. Immo colligit [p] Annius Viterbenſis ex Cæſare, [q] Xenophonte, [r] Archilocho, [s] Joſepho, *Græcos non a Cadmo, ſed a Celtis ſeu Gallis, literas accepiſſe, Gallos a Samothe Dite. Nec diffitetur* [t] Camdenus, immo [u] *extra dubium poni poſſe* dicit, *antiquiſſimos Græcos, inter longinquas quas acceperunt peregrinationes, noſtram etiam inſulam adiiſſe.* Ubi etiam fuiſſe Phileam Tauro-

[m] Comment. lib. vi.

[n] A rege Britannorum quarto Druide ſic dictorum, ait Caius, qui rejicit nominis rationem a Plinio datam lib. vi. c. ult. De Druidibus etiam ſcribunt Lactantius, Tacitus, Laertius, Euſeb. de Præp. Evang. Plautus in Aulularia.

[o] Nat. Hiſt. lib. xxx. cap. 1.

[p] In Beroſ. Antiq. lib. v.

[q] Libro de Æquivocis.

[r] In epitome temporum.

[s] Contra Appionem Grammaticum.

[t] Pag. 24.

[u] Pag. 21.

menitem, 160. ante adventum Cæſaris anno, ſcribit [x] Athenæus. Nec omnino improbabile exiſtimare videtur Caius, *Anaxagoram Philoſophum circa tempora* [y] *Guthelini Regis*, Martiæ legiſlatricis mariti (quem *Græce doctiſſimum* tradit Beda) *Cantabrigiæ fuiſſe, ibique mortuum in ædibus quæ ejus nomine appellantur*. Dicitur autem Bladudus Rex, inter alios, Athenas literarum cauſa profectus. Aſſerit denique [z] Caius ex Gilda, Beroſo, ejuſque commentatore Annio, *hujus inſulæ Aborigines a tempore Gigantum*, ſeu [a] *γηγενῶν*, *Samothis cognomento Ditis* (quem noſtrates Samoth*y*-*ſer*, ab aſtrorum peritia nuncuparunt) et *Sarronis, ſtatim poſt diluvium, literas coluiſſe*. Ex his igitur colligo, nullo modo exiſtimandum eſſe, tam vetuſtos literarum cultores, quorum *Inſulam Græcis Latiniſque monumentis claram*, tradit Plinius, lingua patria nihil ſcripto mandaſſe, etiamſi Druides diſciplinam ſuam literis committere nefas exiſtimabant. Si vero leges [b] Martianas, et [c] Moelmutinas, [d] quarum has Gildas ſapiens

[x] Deipnoſophiſt. lib. v. cap. 11. de nave Hieronis.

[y] Anno ante Chriſtum natum 330.

[z] De an. Cant. lib. i.

[a] h. e. Filiorum terræ, ſeu Aboriginum.

[b] Circa annum 330. ante Chriſtum in carne exhibitum, latas.

[c] Anno ante Chriſtum 415. quarum ſecreta veſtigia in legib. Angliæ eſſe fatentur Juriſpp.

[d] Lamb. Archaion. Higden. Pontic. Virun. Galf. Monemut.

e Britannico in Latinum, utrafque Rex Alfredus in Saxonicum fermonem, tranftuliffe perhibentur, nunc extare fata voluiffent, perinde ac Hoeli cognomento Boni [e] leges; quantum linguæ Britannicæ teftimonium perhiberent?

His in linguæ patrocinium utcunque effatis, ad me quod attinet ipfum, non abfuit fane metus, ne eorum augere videar numerum, quorum fcribendi κακοῆθες divinus perftringit [f] Ecclefiaftes. Aliud fateor a me munus poftulat. In his tamen deprehenfus, non ῥιψάσπις plane ac defertor muneris effe mihi videor. Nam neque hæc a munere prorfus aliena exiftimo: quippe quæ me fymmyftafque meos, ad idem munus in Ecclefia Britannica obeundum, idoneos magis reddere poffint et inftructos. Quid quod ab occupationibus feriatus, his quafi lufibus animi laffati vigorem revoco, renovo? Nec lufus plane otiofos, et omnino inutiles effe lubens volo. Nec pudet pigetve, ad hafce minutias, animi colligendi caufa, aliquoties defcendiffe; cum et ad ferulas Grammaticales *ipfa* etiam *defcenderint* [g] *fceptra.* Nec eft quod Momo fim [h] ἱερεὺς τῶν λεπτοτάτων λήρων cum Ariftophanæo Socrate. Nam et hæ

[e] Ante annos fere noningentos latas, et a Papa et Epifcopis confirmatas, et nunc dierum, et plebe facilè a vulgo intelligendas. *Ed.*

[f] Cap. 12.

[g] Julius Cæfar et Claudius Imp. de literis et Grammatica fcripferunt.

[h] Sacerdos tenuiffimarum nugarum.

nugæ utiles esse possunt; et fortasse, *Plus habent in recessu quam in fronte promittunt:* quod est Fabii Oratoris de literatura elogium.

Cum igitur in hujus linguæ studio ultra triginta annos, vacantibus horis, sim versatus, quibus [i] utrique SS. Bibliorum interpreti Britannico indignus fui administer, et in Walliæ [k] plaga Septentrionali, Australi, Mèdia sum commoratus; nec otiosus fuerim idiomatum et dialectorum observator: linguæ patriæ præter jus et fas injurius esse mihi viderer, si qualem qualem ejus sum adeptus cognitionem, linguæ consortes diutius celarem: et quæ tot annorum observatione, lectione in chartulas congessi, patriotis fratribusque inviderem. Meæ igitur industriæ fœtus qualescunque, sugillatorum calumniis exponere malui, quam in utero suffocare. Quos, vir venerande, cum in hanc quam vides formam disposuissem, nemo occurrit cui tuto eorundem deferrem censuram, quîcum de evulgandis consilium communicarem, (nunquam enim propriis fido viribus, proprio acquiesco judicio) nisi tu solus. Quicquid igitur huc congessi, id totum tuo judicio, limæ, ferulæ, defero, submitto. Te laboris Aristarchum delegi, ut quem sciam

[i] W. Morgano SS. Th. D. Cantabrigiensi, Episcopo primum Landavensi, deinde Asaphensi: et Ric. Parræo SS. Th. D. Oxon. Episcopo nunc Asaphensi.

[k] Apud Mallwyd ad Ordovicum confinia finibus Silurum proxima.

nihil Britannicæ cognitionis latere, noſtratium Grammaticorum peritiſſimum, linguæ patriæ cultorem diligentiſſimum, Eccleſiæ Britannicæ benevolentiſſimum, meique ſemper amantiſſimum ; quem nullus dubito honeſti laboris æquum me inventurum æſtimatorem. Hos itaque fœtus relambere ne graveris, oro, obſecro, obteſtor : et quod adverteris dici poſſe aut commodius aut concinnius, aut meliori forma tradi, corrigere ; quod ſuperfluum eſt, reſcindere, reſecare ; quod deeſt, de proprio addere ; lacunas replere ; quod præpoſterum eſt, ſuo loco reponere ; quod arriſerit, approbare; quod non placuerit, obelo transfigere : plenam denique poteſtatem ubique exercere. Decrevi enim non niſi te approbante emittere, non niſi te damnante, apud me celare. Nulla ex parte opuſculum perfectum exiſtimo, priuſquam tu relamberis. Et ſi tibi non diſplicere intellexero, erit quod ſerio mihi gratuler. Sic enim et mihi perplacebit, et tua probatum authoritate, ſtudioſo nemini diſplicere poſſe credo. Sic adverſus moroſos cenſores omnes, munitum ſatis exiſtimo. Tua enim authoritas omnium obtrectatorum impetus ſimul retundet. Exemplorum multitudo, quæ nonnullis ponuntur in locis, et tibi et aliis nimia fortaſſis videbitur. Sed meo judicio non aliter res tulit. Ad extremum, multa quæ inſtitutæ brevitati non congruerent ſtudio præterivi, ſciens prudenſque omiſi, multa neſcius. Nam quæ optime ſcimus,

etiam cum velimus maxime, memoriæ non occurrunt. Hæc præfatus, diu multumque valere jubet ex animo,

Tui semper amantissimus,

JO. DAVIES.

RESCRIPTUM

EDMUNDI PRISEI

SENIS OCTOGENARII, ARCHIDIACONI MEIRION,

IN APPROBATIONEM OPERIS.

EN duo præclari linguam renovare vetuſtam
Conati, Senenſis et Oxonienſis alumni:
Ambo Joannes dicti, Daviſii et ambo,
Doctores ambo, et patrio ſermone periti.
Corporis is medicus, medicus cœleſtis at alter.
Fecit uterque ſua progreſſus arte venuſtos.
Mitibus a Cambris merito redamandus uterque eſt.
  Ille, peregrinis multum verſatus in oris,
Antiquam calami mutat Cambrôgena formam.
Ille memor patriæ, ſed originis immemor, almæ
Ille memor linguæ, ſed carminis immemor. Unde
Cæcos ille duces imitatus non videt album.
Velle ſuum laudamus, et amplexamur amorem.
  Hic tamen, idque domi, multo vigilantior: imo
Ima petit, ſuprema petit, ſtudioque profundo
Hebræos fontes, tumidos ſimul Helladis amnes
Hauſit, et inde ſuos juſſit potare Britannos.
  Hic docet obductas tenebrarum ſpargere nubes,
Romani dudum quas induxere tyranni.
  Hic docet et Cambros diſtincte, Grammaticeque
Verba loqui, linguæ veteris radice reperta,
Hebræam ut citius valeamus diſcere linguam,
Et laudare Deum patrio ſermone volentes
Vivamus Chriſto: cui gloria tota redundet.

Figura.		Poteſtas. Nomen ſortitæ ſunt ſolæ Heb. et Gr. literæ, et Linguarum ab Hebræa deductarum.
A. a.		A Lat.
B. b.		B Lat. בּ Beth Heb. dageſſatum.
C. c.		κ Gr. כּ Caph Heb. dageſſatum.
Ch. ch.		χ Gr. ח Cheth Hebræum.
D. d.		D Lat. דּ Daleth Heb. dageſſatum.
Dd. dd.		δ Gr. blæſius pronunciatum. ד Daleth Heb. raphatum, lene, ſeu remiſſum.
E. e.		E Lat. ἐψίλον Græcum.
F. f.		V conſonans Lat. β Gr. blæſius pronunciatum: F digamma Æolicum, vel ב Beth Heb. raphatum.
Ff. ff.		F Lat. φ Gr. פ Phe Heb. raphatum.
G. g.		γ Græcum.
Ng. ng.		ע ngajin, recte pronunciatum.
H. h.	V LET	H Lat. ה He Heb.
I. i.		ι Gr. *i* Lat. vocale.
L. l.		L Lat.
Ll. ll.		Vide Annotationes ad pag. 32.
M. m.		M Lat.
N. n.		N Lat.
O. o.		O Lat.
P. p.		P Lat. פּ Pe Heb. dageſſatum.
Ph. ph.		φ Gr. פ Phe Heb. non dageſſatum.
R. r.		R Lat.
S. ſ. s.		S Lat.
T. t.		T Lat.
Th. th.		ϑ Gr. ת Heb. non dageſſatum.
U. u. u.		ὐψίλον Gr.
W. w.		ȣ diphthong. Gr.
Y. y.		Vide Annotationes ad pag. 33.

K, Q, X, Z, utimur ſolummodo in vocibus exoticis ſcribendis. Nos ſonum K exprimimus per C; Q per Cw; X per Cſ; ut *Soniwn amdanat Polycſena ail &c.*

Ecſtro berth acyſtryw bâr, W. Ll.

Tot habemus literas quot ſonos ſimplices. Et (quod ſuadet εὐφωνία) omnis litera ſemel ſortitum ſonum ſervat conſtantiſſime.

ANNOTATIONES.

Literarum figuræ quas depinximus non omnes placent omnibus. Et novis excogitandis operam dederunt nonnulli. Sed omnes inanem. Ejuſmodi enim eſt hominum ingenium, ut communem ſcribendi legendique rationem ſequi malint, quam in varias quotidie novatorum adinventiones diſtrahi. Nos igitur receptas et uſitatas retinemus figuras, ut quas magna orbis pars, in variis ſcribendis linguis, per ſecula multa amplexa eſt; quas omnium ætatum uſus, et omnium SS. Scripturæ interpretum Britannicorum authoritas comprobavit. Si enim nobis quiſque literarum terriculamenta effingamus, neceſſe eſt ut vel a legendis noſtris diſcendi cupidos procul arceamus, vel pereant veterum ſcripta, ut quæ futuris temporibus homines legere non poſſint, noſtris novis aſſuefacti characteribus; niſi omnia curaverimus novis formis cudenda [a].

[a] Hiſce temporibus, nonnulli idemque nec indocti novum ſcribendi modum inducere conati ſunt, ſed incaſſum. *Ed.*

Quæ vero placere non ſolent, fere hæ ſunt: Ch, Dd, Ff, F, Ng, Ll, Ph, Rh, Th, W; quia ſc. duplices ſunt figuræ ſimplicium ſonorum. Sed de his ſigillatim.

Ch, Ff, Ph, Th. Hos ſonos ſic ſcribunt, quos vidi manuſcriptos omnes, etiam vetuſtiſſimi codices. Nec Latini, in exprimendis פ, ח, ת, Heb. et φ, χ, ϑ, Gr. eas rejiciunt. Nos inter Ff et Ph, hanc veram obſervamus differentiam; ut per ff ea ſcribamus, quæ aut mere Britannica ſunt, ut *ffonn*, baculus; *ffaig*, vice; *ffordd*, via; *ffelaig*, dux, princeps: aut a Latinis per F ſcriptis deducta, ut *ffydd*, fides; *ffynnon*, fons; *ffurf*, forma; *ffeneſtr*, feneſtra; *perffaith*, perfectus: per Ph vero aut quæ Britannice fiunt a P mutato in Ph, ut *tri-phen*, tria capita, a *pen*, caput; aut cum Gr. φ, vel Heb. פ exprimenda veniunt, ut *Philoſophydd*, *Philemon*, *Epheſiaid*, *Phinehas*, *Pharaoh*; quæ abſurdum eſſet ſcribere, *Triffen*, *ffiloſoffydd*, *Ffilemon*, *Effeſiaid*, *Ffinehas*, *Ffaraoh*. Porro Ch Demetæ, Anglorum æmuli, leviuſcule proferunt, ut *Whaer*, pro *Chwaer*; *Wharae*, pro *Chwarae*, ut *Mal cwymp pan ymwhelo*[b] *cart.* Ior. Sed revera duplicem ſonat aſpirationem denſam; et in ipſo gutturis nodo inferius quam H formari debet, quod docent Hebræi de ſuo ח Cheth.

Dd. Sic omnes ætátes paſſim ſcripſerunt. In ejus tamen exprimendo ſono nulla ætas ſibi

[b] Ordovicibus *ymchwelo.* Ed.

ſatisfeciſſe videtur. Vetuſtiorum alii per T ſcripſerunt, præſertim in ſine dictionum, aut inter duas vocales, ut *Gro a gut deurut dewrwas*, pro *Gro a gudd deu-rudd*, *&c.* Ut et Angli pronunciare ſolebant T finale, dicentes uth, eth, amath, audith, caputh, &c. pro ut, et, amat, audit, caput. Alii per d ſimplex, ut olim legebatur aputh pro apud. Alii hac fere figura ꝗ. Alii circa an. Dom. 1400 et deinceps, hac Saxonum figura þ; ut eorum temporum Angli ſuum tħ. Recentiorum alii per dh, ut et F per bh, et Ll per lh. Alii per d punctulo ſubſcripto ḍ, ut et L et V punctulo ſubſcripto, pro ll et w. Sed dh, utut ad veram orthographiæ rationem quam proxime accedat, figurarum tamen multiplicitati non medetur, nec uno charactere unum ſonum exprimit. Optima igitur omnium, meo judicio, figura eſt, quam W. Sal. in Nov. Teſt. Britannico poſuit, đ; vel ð Saxonum, quam vir clariſſimus Tho. Smyth, eques auratus, pro Anglico th, ſcribendam voluit [c].

F. Hujus literæ ſonum interdum per V conſonam, interdum per F, omnes ſcripſerunt ætates. Neque abſurdum aut novum videri debet, quod litera F utamur Britanni ad ſonum V conſonantis exprimendum. Nam et Angli olim ſcripſerunt, **Gif us this day**, et **Forgif us our debtis** &c. ut interpretatus eſt Wiclefus, tempore R. II. quæ nunc ſcribunt, **Give** et **For-**

[c] Profertur ut th in *though*, *this*, Ang. *Edit.*

give. Et [d] certum eſt F digamma Æolicum olim ſonaſſe ut V conſonans; et in ejus locum poſtea ſucceſſiſſe V, ipſumque F in locum φ, ut fuga, fama ſunt Latinis; quæ φυγὴ, φημὴ Græcis. [e] Et ex eadem figura F, qua utebantur Græci pro ſpiritu aſpero, fecerunt Latini V conſonans: dicentes veſper, veſcor, veſtis, ver; a Græcis, ἕσπερος, ἐσθίω, ἐσθὴς, ἦρ: et Veneti [f] dicuntur Latinis, qui apud Homerum Ἕνετοι. Quam ipſius F poteſtatem non ſatis advertens Hiſtoriæ Britannicæ Anglicus interpres, Ephraimum quendam, manifeſto errore, ſedi Aſaphenſi præfecit Epiſcopum; quem ſedes illa numquam vidit. Errori anſam præbuit, quod in Hiſtoriæ Britannicæ MSS. codicibus, [g] *Efraem*, more Britannico, dictus ſit Abraham Epiſcopus. Quam vocem cum, *Evream*, legi debere non attenderit, *Effraem* mendoſe legit. Ceſſit autem fatis is Abraham ſeu *Efream*, ut habent archiva Aſaphen. et Hiſtoria Britannica, anno ſalutis 1232, non 1332, ut ille ſcripſit, nec 1352, ut Reverendus [h] Godwinus, ejus errore ſeductus, ſuſpicatur.

[d] A. Gell. lib. xiv. cap. 5. Quintil. lib. i. cap. 5. Priſcian. Jul. Scal. de Cauſ. Ling. Lat. lib. i. cap. 15.

[e] Maurus Terentianus.

[f] Apud Cæſarem *Veneti*, ſed apud Livium *Heneti*. Ed.

[g] Sic in Hiſt. Brit. appellatur Abraham Patriarcha. Eferwic, pro Eboraco. Efrai, pro ſermone Hebræo. Elfod, pro Elbodio. Sic dicimus Cufydd a Lat. cubitus, &c.

[h] Epiſcopus Hereff.

Ng. Hac figura utimur occidentales in exprimendo sono ע Heb. quam Hebræi docent esse aspirationem densissimam, gutture et naribus simul, quasi facto gargarismo, prolatam: dum sc. spiritus, narium adjumento, in imo gutture quodammodo strangulatur. Non enim recta prolatio est gnajin, sed ngajin: cum ע ng sit gutturalis, vel, ut alii volunt, pectoralis aspiratio: gn vero nihil habeat gutturis aut aspirati, sed dentium et palati auxilio pronuncietur[i]. Veteres Britanni interdum per ng scribebant, interdum per g simplex, vel gg, ut *Agel*, vel *Aggel*[k], pro *Angel*: ngh per gc, ut *Agcred*, *Agcariad*, pro *Angrhed*, *Anghariad*. Et testatur Priscianus vetustissimos Romanorum scriptores, ante c, g, ch scribere solitos g pro n, ut aggelus, pro angelus: Agchises, pro Anchises. Idem dicit Varro de aggulus, agguilla, agcora, &c.

Ll. Sic omnes, sine hæsitatione, scripserunt ætates. Sed sonus hic, ob pronunciandi difficultatem, et quia nobis peculiaris creditur, ab alienis male audit. Est tamen [l] Hispanis eadem scriptura, et sonus non multum absimilis, in his quæ a Latinis in cl, vel pl, incipientibus, mutuantur, ut llamar, a Lat. clamare; quod nos *llafaru*: llorar, a Lat. plorare. Et tradit Io.

[i] Tremel.

[k] Sic et Græci Ἄγγιλος, &c. *Ed.*

[l] Lipsius de Pronun. Ling. Lat. Jul. Scal. de Caus. Ling. Lat. lib. i. cap. 10. Hispan. Ludimagister Stepnei.

Aventinus veteres Germanos L cum aſpiratione uſurpaſſe. Quod etiam nonnulli exiſtimant de ל Hebraico.

Rh. Sic R aſpiratum ſcripſerunt aliquando veteres: ſæpius per rr. Superior ætas per rh, rr, aut R. Nec ſane ſimplex R hic prorſus damnanda eſt, cum nos radicalem R ſemper aſpiremus, quemadmodum et Græci ſuum ρ. Quos et Latini aliquando imitati ſunt; Rhoma, Rhomani.

W. Hanc literam hac figura ꝩ nonnulli ante 300. quadringentoſve retro annos ſcripſerunt. Non nemo recentiorum u punctulo ſubſcripto.

Y y. Hujus literæ duplex eſt ſonus. Unus, ỿ quem dicimus *tywyll*, obſcurum; alter *y*, quem *eglur*, manifeſtum: uterque in vocibus *Hynny*, *yſtyr*, *llythyr*, *Pybyr*, *&c.* expreſſus. Ubi prior ỿ ſonat ut *u* Anglicum in vocibus **hunt, ſturre**, &c. poſterior ut in **thinne, brimme.** Vel ut υ Græcum; quod docet Priſcianus imitari Lat. i poſt V conſonum, ſequentibus R. S. T. Vir, virtus, vis, amavit [m]. Nos ad manifeſtandam clarius diſcrepantiam, alios ſecuti, priorem ſic formamus ỿ; poſteriorem ſic *y*. Quod tamen diſcrimen nulla adhibita nota facile dignoſci poteſt, ſi obſervaveris, in ultima dictionis ſyllaba *y* ſemper proferri, his paucis exceptis monoſyllabis, *ỿ, ỿr, ỿdd, ỿs, ỿn, fỿ, dỿ, mỿn, ỿm:* in reliquis ſyllabis ſemper *y*.

[m] Jul. Scal. de Cauſ. Ling. Lat. lib. i. cap. 8.

Adeo ut ſi *y* poſtremæ ſyllabæ flexione vocis in penultimam trudatur, in *y* mutetur, ut *mynn*, *mynnod*; *dyn*, *dynion*. Utrumque ſonum veteres per e ſcribere ſolebant, ut *En e deddiau henne*, pro *yn y dyddiau hynny*. Affines autem inter ſe eſſe y, *y* et e, non obſcure demonſtrat, quod voces alienas per e ſcriptas, noſtras faciamus, verſo e in *y*, ut teſtis, *tyſt*; tempus, *tymp*; Evangelium, *Efengyl*: et gentes alienæ noſtra vocabula ſua faciant y in e mutato: Βρετάννια, *Prydain*. Sic, teſte Fabio, Latini olim ſcribebant E pro I; quaſe, ſibe, pro quaſi, ſibi: et in vetuſtis lapidibus inveniuntur ſcripta, navebus, ornavet, mereto &c. pro navibus, ornavit, merito. Et nunc in iiſdem caſibus ſine diſcrimine dicimus, iis et eis, Diis et Deis, turrem et turrim, priore et priori, &c.

De Vocalibus. Bogeiliaid, Llafariaid, Llafaryddion.

NOTA eſt literarum diviſio in vocales et conſonantes. Has Plato ἄφωνας, vocis expertes, nuncupat: Grammatici σύμφωνας dicunt, quod vocalibus adjunctis ſonos ſuos communicent. Vocales Britannis ſeptem ſunt, ut et Græcis, *a. e. i. o. u. w. y.* Quæ poſtrema duplex eſt, h. e. y et *y*.

Vocalium aliæ ſunt

mutabiles, ut:

- *A* in *e*, *y*: *paladr pelydr.*
- *E* in *y*, *caſtell, ceſtyll.*
- *O* in *y*, *ffordd, ffyrdd.*
- *W* in *y*, *Bwch, bychod.*
- *Y* in *y*, *Dyn, dynion.*

Aliæ immutabiles, ut:

- *i, blin, blinion.*
- *u, llun, lluniau.*
- *y, ſyrthio.*

Mutatur etiam *A* in diphthongum *Ei* vel *Ai*, *Nant, neint*; *Bardd, beirdd*; *Haint, heinus*; *Brân, brain.*

Britannorum vocales omnes ſua natura ancipites ſunt: quod Priſcianus de Latinis docet.

Diphthongi.

Propriæ, *Rhywogion, Priodolion.*

Quæ fiunt præpoſitis vocabilis, *A, E, I, O, V, W, Y.*

A:
- *Ae, Alaeth*
- *Ai, Henaint*
- *Au, Aur*
- *Aw, llaw*

E:
- *Eu, Breuddwyd.*
- *Ei, Heneiddio.*
- *Ew, llew, Glew.*

O:
- *Oe, Oed.*
- *Oi, Troi.*
- *Ow, Ffowch.*

- *I. Iw, Lliw, Briw.*
- *U. Uw, Duw.*
- *W. wy. pwy, llwy.*
- *Y. yw, rhyw.*

Pro *Ai* veteres fcribebant *Ei*; pro *Au*, *Eu*.

Ou Demetarum eft pro Septentrionali *Au*; *Our* pro *Aur*, Aurum; *Houl* pro *Haul*, Sol.

Ay non eft diphthongus. Non enim dicimus *Baych*, *Braych*, ut nonnulli exiftimant; fed *Baich*, *Braich*. *Ey* imperitiæ eft diphthongum dicere, cum femper ex unanimi grammaticorum et poetarum confenfu, duas conftituat fyllabas, ut *Teyrn*, *Teyrnas*. Atque ideo fpiritum fæpe habet interjectum, ut *gwehydd* pro *gweydd*; *gwehyll* pro *gweyll*. Quemadmodum et antiqui notarii Latine fcribere folebant mehe, pro mee; mehecum pro meecum; ad fuftentandum fc. fonum duplicis ee: prout tunc temporis fcribere folebant e longum, ut et a longum per duplex aa. Ex quo fonte fortaffe fluxerunt prehendo, vehemens &c. pro antiquorum prendo, veemens; mihi pro mii et mi.

Exiftimabunt fortaffe nonnulli *ow* non effe diphthongum, fed interdum fcribi debere *aw*, ut *cawgiau*, non *cowgiau*; *cawlai*, non *cowlai*: interdum duas effe diftinctas vocales, *ffo-wch*, *tro-wch*, *rho-wch*; non *ffowch*, *trowch*, *rhowch*: quas tamen aliquando in diphthongos coalefcere non negabunt.

Diphthongi.

Impropriæ, *Afrywogion*, *Ammrhiodolion*.

Quæ fiunt præpofitis vocalibus *I*, vel *W*. Præponuntur autem iftæ vel vocalibus, vel diphthongis, fic:

I ante vocales.	I ante diphthongos.
A, *ia*, *iad*.	*ae*, *iae*, *cyffelybiaeth*.
E, *ie*, *ierthi*.	*ai*, *iai*, *anghyfiaith*.
O, *io*, *Iór*.	*au*, *iau*, *lliwiau*.
U, *iu*, *Iuddew*.	*aw*, *iaw*, *cyfiawn*.
W, *iw*, *iwrch*.	*ei*, *iei*, *ieithydd*.
Y, *iy*, *iyrchell*.	*eu*, *ieu*, *ieuaf*.
	ow, *iow*, *cyfiownach*.

Illas priores nos *Dieithr*, peregrinas, vocamus.

Hæ poſteriores compoſitæ dici poſſunt; noſtrates Grammatici *lloſgyrnog*, caudatas, vocant.

W ante vocales.	W ante diphthongos.
	ae, *wae*, *chwaer*.
	ai, *wai*, *gwain*.
A, *wa*, *gwag*.	*au*, *wau*, *gwau*.
E, *we*, *chwech*.	*aw*, *waw*, *gwawd*.
I, *wi*, *gwin*.	*ei*, *wei*, *gweini*.
O, *wo*, *gwobr*.	*eu*, *weu*, *gweunydd*.
y, *gwynnu*, *tywynnu*.	*ow*, *wow*, *gwowdydd*.
Y, *wy*, *gwyrth*.	*iw*, *wiw*, *gwiw*.
	yw, *wyw*, *gwyw*.
	Quæ et compoſitæ dici poſſunt.

At *wo* in *gloywon*, *croywon*, et ſimilibus, non eſt diphthongus, ſed vocalis *w* ad priorem ſyllabam pertinet, terminatio *on* per ſe ſyllabam conſtituit, *gloyw-on*.

His adde improprias maxime, *oyw, ayw: Hoyw, gloyw, croyw, gottoyw, mayw, Amrofgoyw, Iolo.* Et quæ quatuor eft vocalium *wayw, gwayw*, pl. *gwaywyr*, et vulgo *gwewyr*. In his autem *w* poftremum quafi liquefcit, et ad conftitutionem fyllabæ fere nihil facit, ut nec in *Cadw, Bwrw*, &c.

Ne quis autem miretur diphthongorum multitudinem, funt et Græcis 12, quibus tamen defunt ae et oe. Nec apud nos vocales *i* et *w* ante vocales, per fe fyllabas femper faciunt, ut in aliis linguis, fed confonantium vim habere videntur. Profertur enim hic i ut Belgis i confona. Nec ante *w* [a] inceptivum ponitur articulus *yr*, aut conjunctio *ac*, ut ante vocales: fed *y*, et *a*, ut ante confonas, ut *y wraig, y waun*. Nec Demetis ante i, ut *y iaith*, non *yr iaith*, *Cryf a iach carw o Fechain. T. P. Gwynedd a Ial gan ei ddwyn.* G. G.

Porro *w* nunquam invenitur præpofita nifi poft confonas *ch*, et *g*, vel poft *ng*, fobolem ipfius g: ubi *w*, ut loquuntur noftrates Grammatici, vim vocalis amittit, et latet in finu ch, g, et ng, et una cum illis unam quafi literam conftituit: ut *chwai, gwawd: fy-ngwyr, fyngwawd:* ut [b] u poft q apud Latinos.

[a] Si vim confonantis habet, fin aliter *yr* præponitur, ut *Coch yr wden*, &c. *Ed.*

[b] Jul. Scalig. de Cauf. Ling. Lat. lib. i. c. 7.

De *iai, iei*; *iau, ieu* : *iou, iow* : *wai, wei* : *wau, weu* : *way, wey* : idem judicium eſto quod ſupra de *ai, ei* : *au, eu* : *ou, ow* : *ay, ey*.

Item *ua* in *buaſwn, buaſud, buaſai*, &c. cum compoſitis, aliquando a poetis ita contrahitur ut unius ſyllabæ, diphthongi ſc. impropriæ, formam induere videatur, ut,

Nai ap brawd yw hwn i'r pren
A fuaſai yn llaw Foeſen. L. G.

Præterea, diphthongorum nonnullæ apud poetas ſæpe dirimuntur,

Ae, Cymraeg laes-deg o lys dyffrynt. *Cyn.*
A bran dda ei chymraeg
A'r lleuad aur a'r llaw deg. Ll. M. T.
Eglwys yw ſal glâs iaen
A drws y porth dros y pen. G. G. *i. helm.*

Ut et apud Græcos et Latinos nonnullæ κατὰ διαίρεσιν in varios ſonos diſtribuuntur, παΐς pro παῖς. Et Lat.

Ignoratur enim quæ ſit natura animai. *Lucret.*
Attonituſque legis terrai frugiferai. *Martial.*

Au, ut,

Branaru a hau hon. I. D.
Ni wybu naccau neb. P. M.
Yn caru neſſau ſerch. D. G.
Na phar i eiddig ddig ddu,
Lin hwyad, lawenhau. D. G.
Rhyddhau pumllu o'i poen. G. T.

Aw, ut,

Pan gawn a ſynnwn ſyth. L. Mor.

Ei, ut,

Barr hayarn nis byrheir
Er gado'i hyd ergyd hir. L. Môn.

Eu, ut,

Goganui chwareui chwedl. D. G.
Ond na ddylit ddileu
y rhwym ſyth y rhom a ſu. D. G.
I Ddyddgu yn gweu gwawd. D. G.
Duw i'n dyſu, Dyn i'n creu. B. F. G.

Ew, ut,

Af ar ſy llawn llef rhoſ a llan llwch.
Mwrog a'r un Duw mawr gwrendewch. R. N.

Et ſæpe in iſta oda,

Eſmwythewch, iachewch, gwellewch, llawenhewch, trugarhewch, &c.
Pa ſawl gwaith rhag trymfaith trwch
Y ffoais o coffewch. D. G. Et dixit P M.
Teyrnged heb rif hebryngwch, i'w lys,
Hyn a leſſa os gwnewch.

Oe, ut,

Alpha yw ſo yngroeg
A phlaid ym yw Alpha deg. L. G.
Ieſu i'w garu a gair yngroeg,
Ieſu deg ys da air. L. G.
Rhag creiriau Dewi y cryn Groeg,
Ac Iwerddon dirion dir Gwyddeleg. G. Br.

Et in *troes*,

Megis y bagad, o rad rodres,

Tair cneuen wiſgi tri y troes. Iolo.

Et *oi*, ut,

Newidio gwewyr pan gyffroid. L. G.
Dibuno a chyffroi
A wnaeth yn oes ein iaith ni. L. G.
Truan y mae galar hon yn troi:
Tra bidlon ddagrau yw'r mau i mi. I. G.

Ou, ut,

Ffris dur cyffrous darian. G. O.

Divulſas duabus in apice punctis notare convenit.

Poſtremo obſervandum eſt, vocales ſupradictas ſimul poſitas non ſemper diphthongum conſtituere: ut *priod, cian, Rhiain, Rhieni, gweddio, piau, Barddoniaeth.* Quæ ſcriptio Grammaticis noſtris dicitur vocalis ante vocalem.

Eſt Grammaticis Britannicis alia diphthongorum diviſio, in uſum poetarum.

Talgron, aw, ew, iw, ow, wa, we, wi, wo, wy, wy.

Lleddf, ſparſiſona, *ai, ae, ei, ou, oi, wy, wae.*

Dieithr, peregrina, *ia, ie, io, iw, iu, iy.*

Talgron-leddf, wayw, oyw, wyw.

Llofcyrnog, caudata, *iae, iai, iow &c.*

Gwib, vaga, *au.*

De Syllabis.

SYLLABARUM accuratæ et exquiſitæ omnino ſunt apud Britannos regulæ. Sed quia ad carminum componendorum rationem præcipue

ſpectant, eas hic ſicco pede prætereundas duximus. Imperitiorum tamen gratia admonitu dignum putavimus, 1°. Vocalem *y* obſcuram in ultima dictionis ſyllaba, ante finales f, l, n, r, et præcedente alia conſonante, evaneſcere prorſus et muteſcere, nihilque ad ſyllabæ conſtitutionem facere: unde *y fud-ſain*, mutiſonam, vel *y fyddar-ſain*, ſurdiſonam, appellant; et inter ſcribendum plerumque omittunt, ut *gwddyf*, *oddyf*: *cwbyl*, *amyl*, *magyl*, *caſgyl*: *gwadyn*, *gwydyn*, *elydyn*: *cyfebyr*, *ochyr*, *hagyr*: et plura his ſimilia: quæ monoſyllaba[g] eſſe, et legi oportere, *gwddf*, *oddf*: *cwbl*, *gwadn*, *ochr*, *hagr*, docet,

1°. Formatio:
- Pluralis, *cyfebron*, *ochrau*, *maglau*.
- Verbi, *cyfebru*, *ochri*, *maglu*, *cwblhau*.
- Diminutivorum, *lleidryn*, *oddfyn*.

2°. Compoſitio, *lleidr-ddyn*.
3°. Derivatio, *lleidraidd*.

Neque hoc nobis peculiare: eſt enim ſimile quid et apud Hebræos, ubi ſheva vocalis, quam vocant e breviſſimam, ſeu vocalem ſemibrevem, ſtatam perfectamque ſyllabam non facit, ſed ſono rapidiſſimo conſonam ſuam literæ ſequenti adjungit, et quaſi muſſitando et furtim pronunciatur, ut פנחס, Phinehas: מרדכי, Mordechai: שכלה, Shiccelah. Eſt et apud Germanos e ſyllabam non conſtituens, Befehlen, Betrug, Be=

[g] Exceptis *Elydyn* et *cyfebyr*. Ed.

zahlen, Gehaft, Geschrift, Geschriden, &c. Imo et apud Anglos ante *s* et *n* finales, Sacramentes, Christes, betoken, hidden; quam veteres ſcribebant per y, Sacramentys, debtys, Christys bloud, betokyn, hiddyn, &c.

2°. Not. Vocales *w* et *y*, in fine dictionis poſt ſimplices conſonas, d, dd, l, n, r, s, ſyllabam non facere, ut nec Hebr. ſheva finale, קֹשְׁטְ, koſht: נֵרְדְּ, Nerd: יֵפְתְּ, jipht: יַשְׁקְ, jaſhk: aut e finale Ang. take, eſcape. Sic Brit. *Boly*, *hely*, *eiry*, &c. *marw*, *carw*, *berw*, &c. *llanw*, *cadw*, *maſw*, &c. Quod docent tres regulæ ſupra poſitæ. Iſtis enim conſonantibus præcedenti vocali, ut par eſt, adjunctis; muteſcentes illæ vocales *w* et *y*, ſine alterius literæ adminiculo, ſtare non poſſunt. At duplicata præcedente conſona, poſterior vocalibus *w* et *y* jungi et poteſt et debet, ut *Hwnnw*.

De *y* non idem eſt judicium: nam ipſa ſyllabam conſtituit, etiam poſt conſonas, d, dd, l, n, r, s, ut *gwely*, *gwedy*, *pery*, *chwery*, *dyry*, *dyly*.

Nid oedd ef drachynnefin
A'r rhyw wely gwedy gwin. Iolo.
Ni ddyly bun-dy bendwyll. T. P.
Oerfel uwch ben ei wely,
A phoeth fo dy feiſtr o ffy. D. G.
Y taid fu'n cynnal y ty,
Y tad, ac yntau wedy. S. F.

De Voce, ejuſque Partibus in genere.

VOCUM differentias ſeu partes orationis Hebræi tres faciunt[h]; 1. Nomen ut orationis materiam, 2. Verbum, ut formam, 3. מלה dictionem, vel particulam, quæ vinculum eſt ſeu copula, quibus nomen et verbum connectuntur, unde כלי inſtrumentum dicunt. Hebræos ſecuti ſunt Arabes, omneſque Orientales. Nec plures initio habuiſſe Græcos et Latinos, teſtis eſt Quintil. lib. i. c. 6. Sic noſtratium Grammaticorum nonnulli tres fecerunt, 1. *Enw*, Nomen, quod orationis corpus vocarunt: 2. *Gair*, Verbum, quod orationis animam: unde eorum axioma, *Enaid yr ymadrodd yw'r Ferf*: Orationis anima verbum. 3. *Gorair*, particulam, ſeu *llef ymgyffred*, vocem complectentem, colligentem, vel connectentem. Sed nos Græcos poſteriores ſecuti octo facimus. Quorum quatuor ſunt cum numero

Declinabiles:
- *Enw*, Nomen.
- *Rhagenw*, Pronomen.
- *Gair*, vel *Berf*, Verbum.
- *Rhan-gymeriad*, Participium.

Quatuor ſine numero.

Indeclinabiles:
- *Not bannog*, Articulus.
- *Rhagferf*, Adverbium.
- *Cyſſylltiad*, Conjunctio.
- *Arddodiad*, Præpoſitio.

Inter Adverbia locamus et Interjectiones.

[h] R. Jonah. R. D. in Michloi.

De Partium Orationis Variatione.

VOCUM variatio apud Britannos duplex eſt: 1. Alia numeri, qua in declinabilibus orationis partibus, numeri, genera, modi, tempora, perſonæ, a radice deducuntur. Fitque additione literæ vel ſyllabæ ad finem radicis, et mutatione vocalium aut diphthongorum intermediarum; litera vocis initiali integra manente.

2. Alia formæ, quæ eſt omnium orationis partium, omniumque modorum, numerorum, et perſonarum; et quaſi caſuum vicem ſupplet. Fitque mutatione literæ initialis, ſi mutabilis ſit.

Eſt enim apud Britannos, ut et apud Hebræos, cuiuſque vocis, tum declinabilis, tum indeclinabilis, cujuſcunque tandem ſit numeri, modi, temporis aut perſonæ, forma duplex:

1. Alia abſoluta, libera, ſoluta, vel ſeparata: h. e. quæque vox, cujuſcunque ſit partis orationis, numeri, modi, temporis, aut perſonæ; qua manet integra et incorrupta, et per ſe ſimpliciter, extra regimen et conſtructionem conſideratur.

2. Alia conſtructa, h. e. quæque vox, qua corrupta eſt, et in regimine et conſtructione conſideratur.

Formæ conſtructæ declaratio proprie ad ſyntaxin ſpectat. Quia tamen omnium partium orationis communis eſt, et quaſi caſuum vicem ſupplet, ut dictum eſt, et ad ſequentium in-

tellectum plurimum facit: eam primo loco explicandam duximus.

Univerſa autem ejus conſideratio, ut eſt dictum prius, pendet a litera vocis initiali.

Ea autem eſt vel { conſona, vel / vocalis.

Conſonæ ſunt vel { mutabiles. / immutabiles.

Mutabiles ſunt novem { ſex mutæ { 3. tenues, *C. P. T.* / 3. mediæ, *B. D. G.* } / tres liquidæ *Ll. M. Rh.*

Has noſtrates Grammatici appellant *Gwaſcawd-lythr*, literas umbratiles, quia in orationis ſyntaxi, ut umbra cedunt, et aliæ in eorum locum ſuccedunt: aut alio nomine, *Gwrthdrychlythr*, quia vocum initio præciduntur.

Nec miretur quiſquam hanc initialium conſonantium mutationem: nam et ſex priores, C. P. T, B. G. D. interdum etiam apud Hebræos ſonum mutare ſolent, quas vocant בגד כפת Begad Cephath.

Mutatio ſemper eſt durioris et fortioris in molliorem, pro ratione conſtructionis et rectionis[i].

Pro conſonarum autem mutabilium triplici natura, tenui, media, liquida; triplex ſtatuenda eſt variandarum vocum Claſſis, ſeu Declinatio.

[i] Et ſæpiſſime ut aliis in linguis euphoniæ gratia. *Ed.*

<table>
<tr><td>Prima eſt vocum a tenuibus C, P, T, incipientium, et fortis vel dura</td><td rowspan="3">Dici poteſt.</td></tr>
<tr><td>Secunda vocum a mediis B, G, D, inchoantium, quæ media</td></tr>
<tr><td>Tertia vocum a liquidis Ll, M, Rh, quæ liquida</td></tr>
</table>

Unaquæque autem Claſſis ſeu Declinatio, pro fortitudine vel mollitie literarum initialium, plures vel pauciores formas conſtructas ſortitur.

Prima, omnium fortiſſima, tres.

Secunda, aliquanto mollior, duas.

Tertia, omnium molliſſima, unicam.

Formarum tamen in ſecunda et tertia claſſe deficientium vicem ſupplet radix, ſeu forma primaria: ſic enim formam abſolutam cujuſlibet Claſſis, docendi gratia, vocabimus.

<table>
<tr><td rowspan="3">Primæ claſſis forma poſt radicem ſecunda, (h.e. prima conſtructa) fit mutatis tenuibus</td><td>C</td><td rowspan="3">in ſuas medias</td><td>G</td><td rowspan="3">ut</td><td>Car, Gar.</td></tr>
<tr><td>P</td><td>B</td><td>Pen, Ben.</td></tr>
<tr><td>T</td><td>D</td><td>Tad, Dad.</td></tr>
</table>

Hæc forma propter mutatas tenues fortiores in medias molliores, forma mollis vel media, appellari poteſt.

Tertia mutat tenues

<table>
<tr><td>C</td><td rowspan="3">In ſuas gutturales vel liquidas</td><td>ngh</td><td rowspan="3">ut</td><td>Car, nghar.</td></tr>
<tr><td>P</td><td>mh</td><td>Pen, mhen.</td></tr>
<tr><td>T</td><td>nh</td><td>Tad, Nhad.</td></tr>
</table>

Quam formam liquidam appellabimus, tum

propter liquidas, *m*, *n*, tum etiam ut hæc forma, in prima etiam et secunda declinatione, eadem possit appellatione gaudere.

Quarta fit mutatis tenuibus

G	In proprias aspiratas	*Ch*	ut	*Car, Char.*
P		*Ph*		*Pen, Phen.*
T		*Th*		*Tad, Thad.*

Hanc, propter aspiratas consonas, in unaquaque classe formam aspiratam vocabimus.

Secunda seu media Classis, initialium *B, D, G*, duplicem facit formam constructam, mollem et liquidam.

Forma mollis mutat

B	in molliorem	[i] *F*	quæ est	*B*	raphata	*Bara, fara.*
D		*Dd*		*D*		*duw, dduw.*

G utpote quæ molliorem non habet, hic formatur per aphæresim sui } *Gwr, wr.*

Forma liquida mutat

B labialem	in	*M*	ut	*Bara, Mara.*
D dentalem		*N*		*Duw, Nuw.*
G palati		*ng*		*Gwr, Ngwr.*

Hic mutatio est in affinis instrumenti literam, Et

Aspiratæ formæ vicem supplet primaria.

Tertia Classis seu liquida, initialium *Ll. M.*

[i] Affines esse B. et F. ostendit aliarum linguarum usus. Nam Hispani dicunt, *vestia* pro *bestia*, *vene* pro *bene*. Et in lapidibus vetustis scriptum reperitur *b* pro *v*. *Cibica*, *uniberfos*, *Probincia* &c. pro *Civica*, *universos* &c. (Vide Jul. Scal. de Caus. Ling. Lat. l. i. c. 10. Sic ex *rubeo*, *rufus*; eadem affinitas verbis a Lat. mutuatis obtinet, ut *turfa*, turba; *berf*, verbum, &c. *Ed.*

Rh. unicam habet formam conſtructam, mollem: quia harum conſonarum quælibet unam tantum ſe molliorem habet:

Fitque ea forma mutatis {*Ll*, *M*, *Rh*} in {*L*, *F*, *R*} ut {*Llaw, law.* *Mam, fam.* *Rhad, rad.*}

Liquidæ et aſpiratæ formæ defectum ſupplet primaria.

Quæ omnia ſubjectum ſchema oculo clarius demonſtrabit.

FORMA.

			1 Primaria, Recta, ſeu Radicalis.	2 Mollis.	3 Liquida.	4 Aſpirata.
Declinatio	1	C	*Car.*	*Gar.*	*Nghar.*	*Char.*
		P	*Pen.*	*Ben.*	*Mhen.*	*Phen.*
		T	*Tad.*	*Dad.*	*Nhad.*	*Thad.*
	2	B	*Bara.*	*Fara.*	*Mara*	*Bara* ſup.
		D	*Duw.*	*Dduw.*	*Nuw.*	*Duw* ſup.
		G	*Gwr.*	*Wr.*	*Ngwr.*	*Gwr* ſup.
	3	Ll	*Llaw.*	*Law.*	*Llaw* ſup.	*Llaw* ſup.
		M	*Mam.*	*Fam.*	*Mam* ſup.	*Mam* ſup.
		Rh	*Rhad.*	*Rad.*	*Rhad* ſup.	*Rhad* ſup.

Ubi omnes conſonas initiales mutatas vides, in alias aut natura cognatas, aut ejuſdem, vel affinis inſtrumenti literas.

Contra hæc ſi quis objiciat, in ſecunda declinatione, *d* interdum verti in *th*, ut *dan*, ſubter, *than*; *drwy*, *thrwy*; *b* in *ph*, *beunydd*, quotidie, *pheunydd*; *boed*, ſit, *phoed*; *byth* ſemper, *phyth*: *g* in *ch*, *gwedi*, poſt, *chwedi*; ſciat is formari *than* a *tan*, *thrwy* a *trwy*, *pheunydd* a *peunydd*, *phoed* a *poed*, quæ etiam leguntur;

Peunydd ym pynnau a ddaw. H. D.

Phyth et *chwedi* anomala eſſe.

Conſonæ, *ch*, *ff*, *n*, *s*, et aſpiratio *h*, per omnes formas, immutabiles manent; et radicalem ſemper integram et incorruptam ſervant. Reliquæ, *dd*, *f*, *ng*, *l*, *r*, *ph*, *th*, nullam inchoant radicem mere Britannicam. Siqua vero ab iis occurrant incepta, ea in forma conſtructa veniunt pro abſoluta, ut *fy*, meus, a *mau*; *dy*, tuus, a *tau*; *fal*, *fel*, ſicut, a *mal*: *ba* pro *pa*; *bwy* pro *pwy*; *b'ond* pro *p'ond*, &c. ut in Syntaxi patebit.

Porro *ch* initio radicis nunquam occurrit ſine *w* ſequente.

Omnes vocales, initio integræ et illæſæ ſemper manent; niſi immediate præcedentibus pronominibus, *ei*, f. g. *eu*, pl. *ein*, et eorum affixis: item affixo *'m*. Et tunc vocalibus præfigitur *h*, ut *oedran*, ætas, *ei hoedran*; ætas illius fœm. *Amſer*, tempus, *eu hamſer*, tempus illorum, arum, orum. *Anadl*, anhelitus, *ein*

banadl, anhelitus noſter. *Arglwydd* Dominus, *I'm harglwydd*, Domino meo. Sed de his in Syntaxi fuſius.

De partibus Orationis in ſpecie.

Et primo de declinabilibus, et formatione numeri.

De Nomine ejuſque formatione.

Et primo de caſu; digwydd, dychwyl, cwympod.

OBLIQUA declinatio, ſeu diſtincta caſuum terminatio, [k] Britannis nulla eſt; [l] ut nec Hebræis; ſed variatio ſola recti ſingularis in rectum pluralem. Unde noſtrates Grammatici duplicem faciunt flexionem, *dychwyl*; *unic a lluoſoc*: ſingularem et pluralem. Qui autem caſus nominibus Br. aut Heb. affingunt, ii non caſus Britan. aut Hebr. proponunt; ſed caſus Græcos aut Latinos terminis Heb. aut Br. periphraſticos exprimunt. Si vero nominibus Br. caſus accidere dicas, accident et verbis, adverbiis, conjunctionibus, præpoſitionibus, interjectionibus, quod abſurdum eſt dicere. Eadem enim omnes variantur ratione, excepto numero. Nec ſunt ad aliarum exempla linguarum novæ flexiones cuiquam linguæ effingen-

[k] Quod et obſervavit Gr. Rupertius.

[l] Pagnin. Heb. Inſt. l. i. c. 2. et alii.

dæ, ſed quas linguæ cujuſque natura poſtulat, retinendæ ſunt.

Numerus.

Numeri duo, ſingularis et pluralis.

Duali numero utimur in membris corporis binariis, *cluſt*, *dwygluſt*: *deudroed*, *deulin*.

Sed hic proprius eſt voci *llaw*, manus, quæ plurali caret.

Duali facit, *dwylaw*; et abuſive *dwylo*.

Et aliquando pleonaſtice, *dwy-ddwylo*.

De formatione numeri in nomine ſubſtantivo, quod vocamus enw cadarn, *nomen forte vel ſtabile, quod per ſe ſtet.*

Formantur autem pluralia nomina a ſingularibus

vel { κατὰ προσαγωγὴν, additione tantum.
Mutatione tantum.
Adjectione et mutatione ſimul.

Sed ante quam de his ſpeciatim agatur, ſciendum eſt paragogicas illas additiones varias eſſe et multiplices. Deſinunt enim pluralia paragogica in

Au, quæ omnium copioſiſſima eſt terminatio, *tad*, *tadau*; *baich*, *beichiau*. *Eu* veteres pro *au* ſcribebant, et ſic Demetæ plerumque proferunt. Quæ terminatio non abſimilis eſt Hebræorum terminationi י.., in forma conſtructa, דבר דברי. Ex *eu* facillime enata eſt vulgi noſtri corruptiſſima[m] *e*; *u* enim poſt *e* eſt ſoni ſemimuti, et ad ſo-

[m] Uſitatiſſima apud poetas minores. *Ed.*

num *e* quam proxime accedit, atque ideo poſt *e* pronunciatum, vix auditur. *Au* vel *eu*, antiqua, et recta terminatio. Hanc poetæ, ſcriptionis et pronunciationis, certi peritiſſimique magiſtri, conſtantiſſime obſervant; corruptam *e* ut barbariſſimam et a Britannitate alieniſſimam damnant, fugiuntque. Nec minus imperitum eſt, quod quidam hanc terminationem faciunt in *ae.*

On, quæ etiam frequens eſt, præcipue in adjectivis et participiis, *cyngbor*, conſilium, *cyngborion*; *main*, exilis, *meinion.*

Oedd, etiam fæcunda eſt, *nef*, *nefoedd*; *ynys*, *ynyſoedd*. Eſt ſimilis Heb. ות. Hæc apud poetas interdum fit in *edd*, *ynyſedd*, *llyſedd*, *tiredd*, *llaweredd*, ut

Nadredd yn gorwedd yn gerth. M. H. T.
Dyre i'n gwlad, dur iawn gledd,
Dyrnaſwr, drwy ynyſedd. Iolo.
Brenhin tiredd a meddwl,
Brenhin y dyfredd meddal. L. G.
Uchel yw nadredd Bleddyn. Ll.
Brenhinedd ni wedd iddyn. H. D.

Aid plurium eſt, *eog*, *eogiaid.* Veteres et Demetæ *eid*; unde corruptum vulgare, *ed*, *llyged*, pro *llygeid* excidente *i* poſt *e*, propter ſoni exilitatem.

Od, multorum eſt commune, *llinoſod*, *mwyalchod*, quæ et *mwyeilch*. *Crybyrod*, *manachod*, *cathod*, *bychod*, *bythod.*

Ydd, etiam multorum, *bron*, *bronnydd*; *bro*,

broydd : ſic *rhoſydd, ffoſydd, corſydd, ponaydd*[n], *nentydd, afonydd.*

Edd, ewin, ewinedd; bys, byſedd; dant, dannedd.

I, Tref, trefi, quod et *trefydd,* et poetice interdum, *trefoedd.*

Men, menni; ſaer, ſeiri; eglwys, eglwyſi, quod et *eglwyſydd : prophwydi, merthyri.*

Aint, gof, gofaint, quod et *gofien. Nai, neiaint; car, ceraint;* quod et *cerynt,*

yſgwier da ei gerynt,
yſgwieiriaidd wiſg ariant. L. G.

Ed, merch, merched; pryf, pryfed.

Adon, gordderch, gordderchadon. Et dicebant veteres *dyniadon,* a ſing. *dyn.*

En, ych, ychen.

Ni thynn men nac ychen gwaith. L. G.

Yr, gwayw, gwaywyr, et *gwewyr; cefnder, cefndyr; cyſyrder, cyfyrdyr; brawd, brodyr;* ut *brodyr a chefndyr i chwi.* Quod et *broder,* ut

Ei dri broder a'm ceryn. L. Gl.
O bedwar broder eres. L. G.

Sed hæc quatuor poſtrema horum tantum ſunt, aut paucorum aliorum.

Gwartheg pl. anomalum eſt, et dicitur de ſpecie, *gwartheg* a *cheffylau;* et de ſexu, *ychen a gwartheg.*

Nonnulla duplicem habent terminationem pluralem, ut *trefi, et trefydd; eglwyſi,* et *eglwyſydd; llais, lleiſiau,* et ſemel *lleiſion.*

[n] Hodie *pontydd.* Ed.

Wrth weled digrifed ion
y gog las ddigoeg leiſion. D. G.
Ach, achau, et *achoedd.*
Achau y tad, o chaid dydd,
Achoedd Efa ferch Ddafydd. L. G.

Plerumque ante *au, aid*, et *on*, Septentrionales ponimus *i*, et dicimus, *iau, iaid, ion.* Sed hoc *i* omittunt Demetæ.

De formatione pluralis per adjectionem ſolam.

Additio eſt vel literæ vel ſyllabæ. Literæ eſt ſolius *i, ffeneſtr, ffeneſtri*; *rhes, rheſi*; *perth, perthi*: ſic *rhenti, lleſtri, menni*: *ſaer, ſaeri*; *maen, maeni* [o], quod et *main*: *gwe, gwei*, quod et *gweoedd*: *llo*, paſſim *lloi*, paſſim *lloau*, paſſim *lloiau.*

Finita in *a* pluralia fiunt non additione literæ, *u*, vel *e*, ut quidam imperite exiſtimant, ſed ſyllabæ *au*, ut *bwa*, arcus, *bwa-au*: *coppa*, apex, *coppa-au*: *cymmanfa*, conventus, *cymmanfa-au.* Quamvis enim, propter occurſum duplicis *aa*, commodioris et promptioris pronunciationis gratia, alterum *a* per ſyncopen abjiciatur; oſtendit tamen pronunciatio, et accentus, qui ſemper manet in *a*, ſimplicem manentem *a* ex duplici fieri. Non dicimus enim *bwau, coppau, cymanfau*, &c. Sed *bwáu, coppáu, cymmanfáu*, &c. ubi *a* protrahitur ad ſonum duplicis *aa*: quod etiam aliquando manet; ut

[o] Hodie *ſeiri, meini.* Ed.

Bwaau a chwn buain
Sy iw rhoi lle bo cwrs y rhain. G. O.

Idem etiam oſtendit quod finita in *a*, nonnulla interdum pluralem faciunt addita alia ſyllaba, *cynnulleidſa*, *cynnulleidſaoedd*; *tyrſa*, *tyrſaoedd*; *porſa*, *porſeydd*, &c. Oſtendit et conſtans Grammaticorum regula, docens quod omnis additio pluralem facit ſingulari una ſyllaba longiorem.

Addito ſyllabæ, ut *tad*, *au*: *mam*, *mammau*; *cadach*, *au*: *tir*, *tiroedd*; *hoel*, *hoelion*; *colommen*, *colomennod*.

Monoſyllaba quæ habent *e* vocalem ſequente conſona, additione ſyllabæ fiunt, *merch*, *merched*; *pen*, *pennau*; et nonnulla polyſyllaba, *colommen*, *colommennod*.

Polyſyllaba in *on*, *cynffon*, *cynffonnau*.

Omnia in *od*, *deſod*, *deſodau*; *cernod*, *cernodiau*.

In *ol*, *ebol*, *ebolion*; *heol*, *heolydd*; *rheol*, *rheolau*.

In *i*, *pi*, *piod*; *gwenci*, *od*. *Ci*, *cwn*, anomalum eſt.

Eſt et duarum ſyllabarum additio, *gordderch*, *gordderchadon*; *dyn*, *dyniadon*, veterum.

De formatione pluralis per mutationem ſolam.

Mutatio ſola eſt tantummodo vocum quarundam in conſonam exeuntium. Nam a vocali finita omnia per additionem formantur.

Eſt autem mutatio aut vocalis in vocalem vel diphthongum, aut diphthongi in diphthongum.

Vocales hic mutabiles ſunt, *a, o, w.*

A in monoſyllabis mutatur plerumque in *ei*, ut *march, meirch*; *bardd, beirdd*; *hardd, beirdd*; *arf, eirf.*

Campus eirf cwmpas arſoll. D. G.

Sic *Iarll, ſarph, tarw, carw, marw, carr, arth, gaſt, iar, gafr. Bardd* etiam flectitur, cum additione et mutatione, *beirdd* et *beirddion.* Sic *marw, meirw,* et *meirwon.*

Interdum in *ai, bran, brain.* Quemadmodum nonnullis placet et reliqua prænotata formare. *Mairch, bairdd, hairdd, ſairph,* &c.

O in *y, fforch, ffyrch*; *ffordd, ffyrdd*: ſic *porth, torch, mollt, bollt, poſt, cort, corph, pont, gordd, corn.*

W in *y*, ut *llwdn, trillydn, canllydn.*

Reliquæ vocales hic non mutantur. Dixit tamen Iolo *ieirch*, pro *iyrchod*, a ſing. *iwrch.*

Gwr, gwyr; *ty, tai,* anomala ſunt.

Diphthongi monoſyllaborum mutantur ſic,

Ae in *ai, draen, drain*; *maen, main.*

Oe in *wy, croen, crwyn*; *oen, wyn.*

Sed *troed* facit *traed.*

Reliquæ diphthongi hic non mutantur.

Hæc de monoſyllaborum mutatione.

In diſſyllabis, quæ in priori ſyllaba habent vocalem *a*, in poſteriori *a, e,* vel *w*; mutatur *a* prioris ſyllabæ in *e*, poſterioris *a, e,* et *w* in *y.*

Quæ utrobique habent *a*, ſunt, *paladr, pelydr*; *alarch, elyrch*; *aradr, erydr*; *taradr,*

terydr; *afall*, *efyll*; *cadarn*, *cedyrn*. Sed hic pro *y*, veteres dicebant *ei*, *ereidr*, *peleidr*, *tereidr*, *cedeirn*, &c. ut

Gwelais glod a rhod a rhawd o beleidr
A rheeidr rhudd o gnawd. Cyndd.
Ni roddwn yn Hiraddug
Fy eleirch er dengmeirch dug. D. I. D.
Wedi 'r wyl y daw 'r eleirch
I dir Kent cyn medi 'r ceirch. D. Ll.
Drylliwr cwys i droi lle i'r ceirch
Dant hayarn dan y tyweirch. T. A.
Caent hwy, fel cywain tyweirch,
Gan mil iw gywain a meirch. D. N.

Et hæc fortaſſe rectiora ſunt. Regularis enim et genuina mutatio ipſius *a* ſyllabæ ultimæ, eſt in *ei* vel *ai*. Et hoc docet 1°. vox *dafad*, *defaid*. 2°. Mutatio ipſius *a* in monoſyllabis, ut *bardd*, *beirdd*; *bardd*, *heirdd*; *marw*, *meirw*; *carw*, *ceirw*; *tarw*, *teirw*. 3°. Sequens regula.

In reliquis finitis in *a* ſequente conſona ipſum *a*, aſſumpto *i* fit diphthongus *ai*, *gwyran*, *gwyrain*; *gwial*, *gwiail*; *llyffant*, *llyffaint*; *llygad*, *llygaid*: ſic *ymddifad*, *chediad*, *gwylliad*; *bynaf*; *tywarch*, *tywairch*. At *buſtach*, *buſtych*.

Quæ habent *a* in priori, *e* in poſteriori ſyllaba, ſunt, *caſtell*, *ceſtyll*; *aſgell*, *eſgyll*; *padell*, *pedyll*: ſic *aſtell*, *tafell*, *angell*, *gradell*, *mantell*, *maneg*, *llawes*, *gwaell*, *gweyll*, et paſſim ob euphoniam, *gweill*: *bachgen*, *bechgyn*; *llannerch*, *llennyrch*, quod et *llenneirch*,

Gwae'r ieirch mewn llenneirch mae llai
Gwae'r ceirw ddwyn gwr a'i carai. Iolo.

Excipe *caſſeg*, *ceſſig*; *carreg*, *cerrig*. Quæ fiunt per *i*, ut apud poetas omnia quæ *a* vel *e* mutant in *y*, ut *teſill*, *pedill*, *llewis*, &c.

Cig ar ei ſenig a ſyn. G. O.

Porro *e* ultimæ ſyllabæ mutatur in *y*, *cyllell*, *cyllyll*; *Gwyddel*, *Gwyddyl*; *gwden*, *gwdyn*; *cyſyrder*, *dyr*; *cefnder*, *cefndyr*.

Cefndyr o ryw milwyr Mon. G. O.

Et in ſing.

Pren per a chefnder i chwi. M. H. T.

Sed hæc vox paſſim, et fortaſſe rectius, *cefnderw*, pl. *cefnderwedd*. Item *cefnderoedd*.

Quæ habent *a* in priori, *w* in poſteriori, pauca ſunt, *aſcwrn*, *eſcyrn*; *arddwrn*, *erddyrn*.

Ad horum formam, *migwrn*, *migyrn*; *canpyn* pro *canpwn*, Iolo. *Canllydn*, *trillydn*, &c. a ſimplici *llwdn*.

Nec multum diſcrepant *llogwrn*, *llegyrn*; *cogwrn*, *cegyrn*. Item *iwrch*, *ieirch* pro *iyrchod* apud poetas,

Gwae 'r ieirch mewn llenneirch mae llai. Iolo.

De mutatione et additione ſimul.

Hic mutatio eſt vocalium aut diphthongorum ultimæ ſyllabæ, cum eas ſequuntur conſonæ. Penultima nunquam mutatur.

Vocalium mutatio.

A in *ei*, in nominibus pluralem facientibus in *on*: *dall*, *deillion*, et *deilliaid*; *praff*, *preiffion*;

gwas, gweiſion: ſic *bras, cras, glas, mab.* Sed *mab* veteribus ſine additione fiebat per *ai, mab, maib,* unde noſtrum *meibion.*

Yſtor boff nis diria rhaib
Oes y pumoes i'r pum-maib. I. G.

Y in *y*, *crys, cryſau*; *bys, byſedd*; *erthyl, erthylod*; *perygl, peryglon*; *ellyll, ellyllon*; *ellyn, ellynnod*; *telyn, telynau.*

W in *y*, *bwch, bychod*; *hwch, hychod*; *crwth, crythau*; *trwch, trychau*; *cwch, cychod*; *bwrdd, byrddod:* ſic *bwrdd, twll, mwdwl, meddwl, gwddf, pwll, dwrn, ſwrn, pilwrn, miſwrn: arddwrn, arddyrnau*; *migwrn, migyrnau:* quæ pluraliter exeunt in *au.* Sic adjectiva, *crwn, crynion*; *crwm, twnn, brwnt,* &c. *Pared, parwydydd,* anomalum eſt.

Diphthongorum mutatio.

Ae in *ei, maen, meini*; *ſaer, ſeiri*; *maer, meiri*; *caer, ceirydd:* nam et aliquando mutatur in *eu, maes, meuſydd.*

At hæc fortaſſe nonnulli cum additione tantum variari dicent, nulla facta mutatione, *maes, maeſydd:*

Llaes ar hyd maeſydd.

Maen, maeni; *ſaer, ſaeri.*

Ai fit *ei, nain, neiniau*; *rhaid, rheidiau:* ſic *caib, rhaib, ſaig, ffaig, draig, blaidd.*

Et nulla ſequente conſona, *nai, neiaint*; *gweſtai, gweſteion*; *gwippai, gwippeiod.*

Vel, ut nonnullis placet, ſine mutatione, *nain,*

nainiau; *rhaid*, *rhaidiau*; *naiaint*, *gweſtaion*, &c.

Hinc excipe *neidr*, *nadroedd*; *gwraig*, *gwragedd*; *lleidr*, *lladron*; *daigr*, *dagrau*; *daint*, *dannedd*; *rhiain*, *rhianedd*; *celain*, *celanedd*: quæ abjiciunt *i*.

Au in *eu*, *paun*, *peunod*; *caul*, *ceulau*; *ffau*, *ffeuau*; *genau*, *geneuau*.

Vel ut quidam volunt ſine mutatione, *paunod*, &c.

Aw in *o*, *brawd*, *brodyr*, et *broder*; *clawdd*, *cloddiau*; *tlawd*, *tlodion*; *ymmerawdr*, *ymmerodron*, &c. *lliaws*, *llioſydd*: legitur tamen et *llios*,

Na'i ddangos i lios lu. D. G.

Agos yw'r llios i'r llall. H. D.

Vel in *ow*, *cawg*, *cowgiau*; *trawſt*, *trowſtiau*; et paſſim *troſtiau*. Sed hæc forte rectius illæſa manere dici poſſunt, *trawſtiau*, *cawgiau*; ut *rhaw*, *rhawiau*; *caw*, *cawiau*; *daw*, *dawon*.

Quædam in *nt* finita abjiciunt *t*, et duplicant *n*, ut *dant*, *dannedd*; *pont*, *ponnydd*; *tant*, *tannau*. Et non duplicato *n*, *ſaint*, *ſeiniau*; *braint*, *breiniau*.

Sunt Britannis nomina quædam quaſi collectiva, quæ voce ſingularia ſunt, ſignificatione pluralia, quæ ſc. plura ſuæ ſpeciei individua, una voce, pene ſingulari complectuntur: e quibus efformantur voces ſingulares, quaſi diminutivæ, quæ unum illius ſpeciei individuum deſignant. Fiunt autem ſingulares juxta regulas

formandorum diminutivorum, mafculinis adjiciendo fyllabam *yn*, fœmininis *en*, cum regulari vocalium et diphthongorum mutatione; ut *plant*, parvuli, vel liberi, fing. *plentyn*. *Had*, femen, *hedyn*, granum feminis; *haidd*, hordeum; *heidden*, granum hordei; *rhyg*, *rhygen*; *maip*, *meipen*; *gwenith*, *gwenithen*; *caws*, *cofyn*; *gwial*, *gwialen*.

Cae gwial er na thalo. D. G.

Quod et *gwiail*,

Cywyddau gweau gwiail,
Cywion priodorian dail. D. G.

Sunt denique quædam nomina quæ a numero plurali primario, fecundarium quendam pluralem formant, qui aliam a plurali, et quafi pluraliorem habet fignificationem. Is vero non tam plura individua, quam diverforum pluralium plura aggregata defignat, ut *dafad*, ovis, fing. *defaid*, oves, pl. *defidiau*, deplural. plures ovium greges. *Genau*, os, oris (quod eft plurale a fing. *gên*, gena) *geneuau*, ora. Hujus farinæ funt fupra dictorum collectivorum pluralia, ut *yd*, pl. nu. feges, vel frumentum, *ydau*, fegetes, vel frumenta: *yden*, granum frumenti, vel fpica fegetis. *Haidd*, pl. hordeum, *heiddiau*, deplural. hordea: *heidden*, fing. granum hordei.

Carent plurali *bara*, *halen*, *ymenyn*, *llaeth*, *newyn*, *fyched*, *eiry*, *ieuengtyd*, *henaint*, *gwaed*, *nerth*, *cryfder*, *gwychder*, *haelioni*, *dewrder*, *llawenydd*, et fimilia.

Item nomina in *rwydd*, *dra*, *der*, *i*, *ni*, *wch*, *wg*, *ant*, *awd*.

Metallorum nomina, *aur*, *arian*, *pres*, *haiarn*, *alcan*, *elydn*, *efydd*, *elydr*.

Item diminutiva pleraque.

De Genere.

Genera tria ſunt, maſculinum, fœmininum, et commune. Neutro caremus, ut et Hebræi, qui pro eo utuntur fœminino, ut annotat Hieron. in Eccleſ. 7.

Natura maſculina ſunt propria virorum, ventorum, menſium, virtutum, vitiorum, metallorum.

Terminatione maſculina ſunt finita in *w*, *i*, *rwydd*, *yn*, excipe *telyn*, f. g. Item verbalia in *ad*, *ant*, *awdr*, *adur*.

Natura fœminina ſunt propria mulierum, urbium, regiorum.

Terminatione fœminina ſunt derivativa finita in *en*, *ech*, *es*, *ell*. Nam *caſtell*, caſtellum; *Hiriell* [p], angelus; *gefell*, gemellus, non ſunt mere Britannica, et ſunt m. g.

Quædam in *aeth* ſunt maſculina, *gwaſanaeth*, *pennaeth*, *hiraeth*.

Quædam fœminina, *Llywodraeth*, *ymmerodraeth*, *brenhiniaeth*, *arglwyddiaeth*, *eſcobaeth*, *perſonoliaeth*.

[p] Angeli nomen proprium, Uriel. *Ed.*

Monoſyllaba in *ig* ſunt maſc. generis, præter *gwig*, *pig*.

Polyſyllaba in *ig* pleraque ſunt fœm. Excipiuntur *pendeſig*, *gwledig*.

Og eſt utriuſque generis: plerumque tamen fœm. Maſculina ſunt, *tywyſog*, *ſwyddog*, *marchog*, *tayog*, *cymmydog*, *draenog*, *llwynog*, *ceiliog*.

Monoſyllaba, *cog*, coquus, m. g. *cog*, coccyx, fœm. gen.

Communis generis ſunt *dyn*, *man*, *aderyn*.

In nominibus animalium ſexus denotat genus, exceptis quæ ſub una voce utrumque ſexum deſignant. Horum aliqua ſunt fœminina, ut *cath*, *colommen*, *bran*, *tylluan*, *llinos*, *llygoden*, *mwyalch*, *gwenci*, *neidr*, *cog*, *pi*, &c. Quædam maſc. ut *eryr*, *barcut*, *bod*, *cryr*, ſive *crybyr*, *carlwm*.

Maſculinis, ad diſtinguendum ſexum, additur *gwr-ryw*, mas: fœmininis *benyw*, fœmina, (ſic enim voces iſtæ ſcribendæ ſunt, et ſic apertiſſime et rectiſſime pronunciantur per totam Cambriam, excepta parte aliqua tractus ſeptentrionalis, ubi corruptiſſime dicitur, *gwrw* pro *gwr-ryw*, *banw* pro *benyw*,) ut, *eryr gwr-ryw*, aquila mas, *eryr benyw*, vel, *eryr fenyw*, aquila fœmina. *Cryr gwr-ryw*, grus mas: *colommen fenyw*, columba fœmina.

De Diminutivis.

Diminutiva formantur a ſingularibus et a

pluralibus, mutatis vocalibus ut in formatione numeri: et mafculinis fingularibus addita fyllaba *yn: rhaff*, f. g. funis, diminutivum facit mafculinum, *rheffyn*, funiculus: *tant*, *tennyn*. Horum nonnulla poetice aliquando in *in*

Mae draw ol i law ac ol ei ewin,
Ac yno yr ofned yr eginin. Et
Dau wreiddin yn un dinas. L. G.

Nonnunquam additur *cyn*, *bryn*, collis, *bryncyn*, colliculus. Hujus generis fortaffe *bachgen*.

Fœmininis additur *ig*, *llangces*, *llangcesig*.

Oen, agnus, facit *oenyn*, m. g. et *oenig*, f. g.

An eft utriufque generis, *llyfran*, libellus; *gwreigan*, muliercula. *Cian*, *cathan*.

Pluralibus additur *os*, et *ach*: quæ funt utriufque generis. *Os*, *wyn*, agni, *wynos*, agnelli: *gwrageddos*, *plantos*, *teios*.

Carregos tamen fit a fing. qui et paffim dicuntur *cerrigos*, lapilli, a plurali.

Ach, *wyniach*, agnelli; *crwyniach*, *gwarthegach*.

Sed ifta in *ach*, præter fignificationis diminutionem, etiam rei vilitatem denotant, q. d. *wyniach*, viles, et nullius pretii agnelli.

Dyno, diminutivum a *dyn*, homo, f. g.

De terminationibus Subftantivorum Derivativorum.

Derivantur fubftantiva, et a fubftantivis, et ab adjectivis, et a verbis. Atque horum variæ et multiplices funt terminationes.

1. *Ach, cyfeddach, cyfeillach, cyfrinach.*

2. *Ad,* de rebus, *gwniad, rhwygiad, dyfodiad, caniad, archiad, profiad, lladdiad.*

3. *Ad,* de perſonis agentibus, *acceiniad, ceiniad, dyfodiad, eirchiad, lleiddiad.* Inde *ades,*

Ceidwades gwaun, cydoes gwellt,
Groenddu, feichiog o grinddellt. D. G.

Diſcrepantia eſt, quod quæ de rebus dicuntur, abſque ulla vocalium mutatione derivantur: quæ de perſonis, mutatis vocalibus fiunt. Item, quæ de rebus, pluralem faciunt addita ſyllaba *au, dyfodiadau, caniadau, archiadau, lladdiadau:* quæ de perſonis, verſo *a* in *ai* diph. ut *dyfodiaid, ceiniaid, eirchiaid, lleiddiaid.*

4. *Aeth, pennaeth, llywodraeth,* &c.

Quorum nonnulla interdum poetice in *eth,* ut

Nawdd mab Mair gair ragorieth, &c.
Nawdd gan y mab pab pob peth. L. G.

5. *Ai,* m. g. *gweſtai, llattai, cardottai.*

Ai, f. g. habet ſignificationem verbalium in *trix, magai,* nutrix, *dyhuddai,* placatrix.

Hawdd fyd i'r ddyhuddai fau,
Hiraethus ei hareithiau. D. G.

Sic *gwippai, ciccai, cowlai, blottai, cowſai,*

Blottai neu gowſai goſ-hir. D. G.

6. *Aid, llonaid, mennaid, carraid, llwyaid, coflaid, dyrnaid, tyaid, beddaid.* L. G.

Tammaid, a veteri *tam.*

Nid tam o ginio amaeth. D. G.

Quæ omnia rei plenitudinem denotant.

7. *Aint, maddeuaint, digofaint.*

Er maint oedd y meddwaint mau. D. G.
Ac mewn naint llifeiriaint llwyd. D. G.
Hir-wayw ofail gofailiaint,
Herwydd y gwn, hwn yw'r haint. D. G.

Et abjecto *t*, poetice in *ain*,

Mwy arian a ran na'r ennain Baddon
Mwy yw ei rhoddion no Nanhwynain. L. G.
Deg afal Duw rhag digofain,
Deg penmwyalchen o aur a main. L. G.
Eiriol y ferch a'r ael fain
Ath gyfyd o'th ddigofain. H. K.

8. Quod *ain* fortaffe etiam primitiva eft terminatio, ut

Cras eiriau gorau ni ragorai' rhain
Y[q] *truthain a'i traethai.* D. G.

Sic locorum nomina, *Rhufain, Prydain, Mechain, Cedewain.* Quo magis mirandum nonnullos Britanniæ nomen, a qua nefcio origine deducunt, quam Ifidorus a vocabulo fuæ gentis effe nominatam dicit. Et hujus nominis rationem ex alia lingua petere abfurdum dicit [r] Camden. et exterorum commenta rifu accipienda.

9. *Ant, llwyddiant, ffynniant, moliant, meddiant, porthiant,* et abjecto *t* poetice *an,*

Diddan yw dy drigian draw. D. G.

Sunt autem, vel collectiva vel pluralia in *ant, carant, anant.*

[q] Adulator. [r] Pag. 4.

10. *Aniaeth, gofaniaeth, gwlybaniaeth, brydaniaeth.* Quibus affine *ſaerniaeth.*

11. *As, trigias, priodas, urddas, lleas, teyrnas, perthynas, cymdeithas, barddas, galanas.*

12. *Awd, molawd, traethawd.* Et poetæ omnia in *od* et *dod* faciunt in *awd* et *dawd.*

Er perygl preiddwyr peri ffoſſawd,
Paſcadur cyfrain, Prydain briawd. M. B.

13. *Awdr, creawdr, ymmerawdr, llywiawdr, darlleawdr.* Inde fœminina in *odres, ymmerodres.* Videntur autem imitari Latina verbalia in *tor* et *trix.* Imperator, Imperatrix, Creator, &c. Hinc etiam alia nominum genera, addita

14. *Aeth,* quæ et ab aliis etiam terminationibus fit, ut *ymmerodraeth, llywodraeth.*

15. *Awdur,* unde fœm. *awdures.*

16. *Adur, cofiadur, gwiſcadur, pennadur, pechadur, paſcadur.* M. B.

Traethadur, Cyndd.
Gweadur cerdd gwiw ydoedd. M. B.

Inde fœm. *adures, gwniadures, pechadures.*
Et addito, *aeth, pennaduriaeth.*

17. *Awr, marchnattawr, tywarchawr, llurygawr, llafnawr,*

Nerth meirch a gwrymſeirch ac yſcwydawr,
Peleidr ar gychwyn a llym waewawr,
A llurygau claer a chleddyfawr,
Rhagorai tyllai trwy fyddinawr. Aneurin.

Item omnia in *or* poetica libertate fiunt *awr, telyniawr, crythawr.*

18. *Dab, cywreindab.*

Y Drindod a dro undab,
Er deigr Mair deg ar ei mab. T. A.

Et addito *aeth, dewindabaeth.*

19. *Deb, cywirdeb, cywreindeb.*

20. *Der, taerder, hyder.*

21. *Dra, mwyneidd-dra, ffieidd-dra.*

22. *Dwr,* ſic poetæ omnia in *der, ſychdwr.*

23. *Dod, morwyndod, nychdod.*

24. *Did, gwendid, calondid, rhydd-did,* quod et *rhyddid.*

Quæ et poſt tenues eſt

Tid, anghenogtid, ieuengctid.

Et poetice *dyd,*

O bryd a phob glendyd glan. G. S.
A'r mab a'r yſpryd glendyd gloywaf. Cyndd.

25. *Ed, nodded, rhybuched, colled, gweithred, eidduned, cybudded, gofuned, daered, caethiwed, dyled, lludded, trwydded,*

Dyred wrth ddymuned Mon. Iolo.
Ac na chred gybudded gam. E. W.

Et pleraque in *edd* poetæ veteres faciunt in *ed.*

[t] *Cymmyrred a ched ni chai.* D. G.

26. *Edd, breiſgedd, balchedd, trugaredd, gorfoledd, buchedd, bonedd, ffalſedd.*

27. *Edydd,* quod forte fit ab *ad* f. g. *Gwniedydd, dringhedydd, nofiedydd, ſcrifennedydd.* Inde fœm. *edyddes, gwniadyddes.*

[t] Pro *Cymmyrredd.*

28. *Eg*, *hannereg*, *pynnoreg*. Et linguarum nomina, *Ffrangeg*, *Gwyndodeg*. Sed hoc venit pro *aeg*.

29. *Ell*, *ffynhonnell*, *pibell*, *rhonell*, *piccell*, *iyrchell*, *traethell*, *chwyrnell*.

30. *Es*, *llynges*, *lloches*, *buches*.

31. *Fa*, *llosgfa*, *poethfa*, *ysfa*. Sed horum pleraque fieri videntur a *man*, locus, unde in constructione *fan*: et apocopata n, *fa*; *cigfa*, *penglogfa*, *chwareufa*, *porfa*.

32. *I*, *Culi*, *Brynti*, *Gwrthuni*.

Drwyddi heb arswydi serch. D. G.

33. *Id*, *addewid*, *trefnid*, *rhyddid*, quod et *rhydid*.

Quæ et in *yd* poetice,

Ar ddyfryd cadernyd cur. D. G.

34. *Ing*, *rhudding*, *gwynning*,

Ei feithring yw fyth rhwng ais. D. G.

Dicithr fydd er ei meithring,

I drum a gwrthallt y dring. D. G.

35. *Ineb*, *doethineb*, *godineb*, *glythineb*, *gwylltineb*, *ffolineb*, *poethineb*.

36. *Ni*, *coegni*, *syrthni*, *crychni*.

37. *Oni*, *barddoni*, et interposito *i*, *daioni*, *drygioni*, *haelioni*.

38. *Od*, *taflod*. Et instrumento percutienti additum, verber designat, illo instrumento illatum; *ffonnod*, *gwialennod*, *cleddyfod*, *arfod*, *palfod*, *gorddod*, *bolltod*, *ffossod*.

Additur et instrumenti parti percutienti, *pennod*: et loco percusso, *cernod*.

At *dyrnod*, a *dwrn*, pugillus, in genere verber ſeu plagam ſignificat.

Hæc poetæ faciunt in *awd*, *ffoſſawd*, ut ſupra eſt dictum.

39. *Og*, *ſwyddog*, *cymmydog*, *marchog*, *taeog*, et f. g. *arſſedog*.

Inde fœm. *oges*, *cymmydoges*, *taeoges*.

40. *Or*, *rhagor*, præſtantia, a *rhag*, præ: *telynior*, *cantor*, *crythor*, *priodor*. Quæ poetis fiunt in *awr*, ut eſt dictum prius.

Hinc fœm. *ores*, *cantores*.

41. *Rwydd*, *ffyrnigrwydd*, *parodrwydd*, *ſerchawgrwydd*, *caredigrwydd*.

42. *Wch*, *barddwch*, *taerwch*, *diofalwch*, *hyfrydwch* *prydſerthwch*, *tywyllwch*.

Quorum nonnulla et in

43. *Wg*, *tywyllwg*, *drythyllwg*.

Dod williaid i dywyllwg,
Dilea'r dreth, dal rai drwg. G. G.

44. *Wr*, *clydwr*.

45. *Ydd*, *darllennydd*, *ſcrifennydd*, *prydydd*, *llawenydd*.

Inde fœm. *yddes*, *prydyddes*.

46. *Yd*, *bywyd*, *iechyd*, *ſeguryd*, *clefyd*, *triſtyd*, *mebyd*, *cyfarwyddyd*, *dedwyddyd*, *celfyddyd*, *eſmwythyd*, *arfeddyd*. Quorum nonnulla et alioquin in *ydd*,

Chriſt a farn heb ddim triſtydd,
Chriſt Jeſu yn barnu y bydd. L. G.

47. *Yll*, *yſcuttyll*.

48. *Ynt*, *helynt*, *huppynt*, *tremynt*, *cynghorſynt*.

His adde terminationes diminutivorum ſingularium, *yn*, *en*, pluralium, *os*, *ach*.

Sunt porro Britannis vocabula multa a Latinis et Græcis derivata. Ubi ab alienis lenibus tenuia facimus, gladius, *cleddyf*, glòria, *clod*.

Quare fit, ut aliena plurima ab *v* incipientia, præfixo *g*, noſtratia fiant, vagina *gwain*; vitium, *gwyd*; vicium, *gwyg*; viri, *gwyr*; virtus, *gwyrth*; vacuus, *gwag*; Wilhelmus, *Gwilym*. Quod ante teſtatus eſt [u] Alanus Aureus Juriſconſultus.

Græcorum ſpiritum aſperum mutamus in aſperiorem *ch*, ἓξ, *chwech*; ἕκυρα, *chwegr*.

De Nomine Ajectivo.

ADJECTIVUM dicimus, *enw gwan*, nomen imbecille, quod alia voce indigeat ad ſuam ſignificationem exprimendam.

Variatio adjectivorum duplex eſt, generis et numeri.

Variatio generis eſt, qua maſculina fiunt fœminina.

Maſculina, quæ deſinunt in *y* ſequente conſona, in fœminino mutant *y* in *e*, ut *gwyn*, *gwen*; *brych*, *brech*; *llyfn*, *llefn*; *hyſp*, *heſp*; *llym*, *llem*; *melyn*, *melen*. Sic *ſych*, *ſech*; *tynn*, *tenn*; *ſyth*, *ſeth*; *hyll*, *hell*.

[u] In Epiſt. Juoni Cavellato dicta, et Galfrido per Badium præfixa.

Ellyll-ddyn a gwyll hell-ddu. L. Mon.

Inde compoſitum *dihell*; *clyd, cled.*

Ni wn i un mor ddiell,
Na dyn a wyr ei da'n well. D. G.
Od aeth Rhys o'i glaerllys gled,
Yr wyf finnau ar fyned. D. N.

Gwydn, gwedn.

Glas a chyweithas awchwedn,
Lem flaen-fain fal adain edn. R. G.
Gwymp, gwemp. I. R.

Et dixit non nemo, *chwyrn, chwern.*

Sed iſta ſeptem poſtrema vulgo ſeptentrionalium communia ſunt, nec ullum formant fœmininum.

Communis etiam generis ſunt, *Gwych, ſerfyll, erchyll, cyndyn, Hydyn, Anhydyn, Hylyn. tywyll*; ſed dixit poeta, *tywell*, f. g. ut,

Nos da i'r [x] *ynys dywell,*
Ni wn oes un ynys well. L. G.

Finita in *w*, ſequente conſona, in fœmininis formandis, illud mutant in o, ut *crwn, cron*; *crwm, crom*; *llwm, llom*; *twnn, tonn*; *trwm, trom*; *brwnt, bront*; *mwll, moll*; *hwn, hon*; *hwnnw, honno*; *pwl, pol, trwſgl, troſgl*; *rhwth, rhoth*; *fflwch ffloch*; *blwng, blong.*

Ni, rof (drin welwflin aelflong)
Hawdd amawr yn llawr y llong. Iolo.

Troch, a *trwch*, fractura; *toll*, a *twll*, foramen: ſed hæc non legi niſi in compoſitis. *Pen-*

[x] Mona inſula.

droch, capite fracta: *pendoll*, capite perforata.

At *bolch*, a *bwlch*: *y gwr balch bolch ei ysgwyd*. Et compositum *ysgwydfolch*, q. d. scutifractus.

Reliqua omnia sunt communis generis, præter hæc numeralia, *dau*, duo; *dwy*, duæ: *tri*, *tair*; *pedwar*, *pedair*. Sic *trydydd*, tertius; *trydedd*, tertia: *pedwerydd*, quartus; *pedwaredd*, quarta, mutato *y* in *e*.

De variatione pluralis numeri in adjectivis.

Pluralia adjectivorum formantur a singularibus masculinis, eadem fere vocalium et diphthongorum mutatione, qua pluralia substantivorum; et omnia fere exeunt in *on*.

Y et *w* mutantur in *y*, *llym*, *llymion*; *llyfn*, *llyfnion*; *crych*, *crychion*; *gwlyb*, *gwlybion*; *llwm*, *llymion*; *trwm*, *trymion*; *brwnt*, *bryntion*; *crwn*, *crynion*.

Nonnulla quæ exeunt in *a* sequente consona pluralia fiunt absque additione terminationis, literæ *a* addito *i*, *arall*, *eraill*; *byddar*, *byddair*; *byddariaid* substantivum potius est. Sic *llydan*, *truan*, *hardd*, *buan*, *marw*, *bychan*,—*llydain*, *truain*, *heirdd*, *buain*, &c.

Quorum tamen nonnulla fiunt cum additione et mutatione, ut *gwag*, *gweigion*; *cras*, *creision*; *bras*, *breision*; *glas*, *gleision*; *dall*, *deillion*: *deilliaid* est substantivum.

Aw in *o*, *tlawd*, *tlodion*.

Omnia vero adjectiva pluralia communis generis ſunt.

Plurali carent, *da, glan, teg, hagr, hen, ſerſyll, erchyll, cyndyn, hydyn, tywyll, ffiwch.*

Dixerunt tamen poetæ, *henion.*

Pe baem henion
Fel ein dynion. Et
Dynion cyndynion dinerth,
Hyllion, erchyllion a cherth. Et
Da'i llun ond tywyllion ynt.

Sic plurali carent omnia in *aid, llyd, us.*

Numeralia cardinalia numerato adjuncta pluralia carent. Eorum vero pluralia aggregata ſua ſignificant. *Trioedd*, triades; *pedwaroedd*, quaterniones. *Cannoedd, Miloedd, degau, ugeiniau, deugeiniau.*

A ni felly, anhy oedd,
Yn deall ſerch ein deuoedd. D. G.

Ordinalia ſic formantur, *cyntaf*, primus; *ail*, ſecundus; *trydydd, pedwerydd.* Reliqua fiunt a ſuis cardinalibus addita ſyllaba *ed*, ut *pummed, chweched*; aliis *fed, ſeithfed, wythfed, ugeinfed, canfed.* At dicimus *nawed*, et *nawfed,*

Bwriwyd ofn Aber Dyfi,
y nawfed dydd yn fwy i ti. D. I. D.
Dwyn nawfed Iarll Dinefwr. L. Mor.

Ratio autem numerandi ad decem uſque progreditur, ut habet lex Howeli cognomento boni, *Nid oes rhif bellach deg.* h. e. Non eſt numeratio ultra decem. A decem ad quindecim numeros formamus, digitis ſeu monadicis

denario antepofitis, cum præpofitione *ar*, fuper; ut, *un ag ddeg*, *tri ar ddeg*, *pedwar ar ddeg*. Excipe *deuddeg*, 12; *pymtheg*, quindecim, aliam fequitur rationem.

A quindecim ad viginti, præpofitis monadicis fequitur *pymtheg* cum præpofitione *ar*, ut, *un ar bymtheg*, fedecim; *dau ar bymtheg*, &c.

Deinceps ad centum ufque per vicenarium numeramus, ut, *un ar hugain*, 21; *deg ar hugain*, 30; *deugain*, pro *dau ugain*, 40; *deg a deugain*, 50; *trigain*, pro *tri ugain*, 60. Et ita deinceps.

Sic in ordinalibus, *unfed ar ddeg*, 11; *deuddegfed*, 12; *trydydd ar ddeg*, 13; *pymthegfed*, 15; *unfed ar bymtheg*, 16; *ugeinfed*, vicefimus; *unfed ar hugain*, 21; *deufed ar hugain*, 22, &c.

Terminationes adjectivorum derivatorum variæ funt.

1. *Aid*, materialia funt omnia, *euraid*, aureus; *ariannaid* argenteus; *efyddaid*, ftanneus.

2. *Aidd*, fimilitudinem defignant, *morwynaidd*, *teuluaidd*, *broaidd*, *gwladaidd*.

3. *Ig*, *gwenwynig*. Quæ ut plurimum localia funt, *mynyddig*, *gwledig*, *corfig*.

4. *In*, materialia funt, *meinin*, *gwydrin*.

Yftynnawg fy nglin,
Yn-nhy dayerin,
Cadwyn heyernin,
Am hen fy neu-lin. Aneurin.

Y ni fwyf gynnefin a derwin wydd,
Ni thorraf a'm car fy ngharennydd. M. B.

5. *Llyd, gwenwynllyd, poerllyd.* Omnia in pejorem partem fumuntur.

6. Aliquando *lyd, coeglyd*: et cum plurali *brychculyd.*

Ex quibus Powyfiani fœm. gen formant in *led*, ut *brycheuled, poethled.*

Sic et veteres,

Ei gad-feirch a'i feirch greuled,
Bid yn anyfgoget bid ged. Aneurin.
Barf ar farf, ac arf yn greuled,
Tal trathal, tranial trachaled. Cyndd.
Arwr fyr fyrthies afrifed
Ar ei law a'i lafn wyarlled. P. M.
Mam Iarll a'r arf wyarlled,
A gwraig Iarll goreu o Gred. G. G.
Ac wybren drymled ledoer. D. G.

7. *Og, brwynog, cadeiriog.*

Hæc poetæ et in *awl.*

8. *Ol, fynhwyrol.* Eft terminatio fœcundiffima.

Hanc poetæ in *awl.*

9. *Us, cariadus, trefnus, melus.*

Subftantiva in *nt*, cum fiunt adjectiva, ipfum *t* abjiciunt, *haint, heinus.*

Heinus adfydig hynwyf. Ll. G.
Braint, breiniol; chwant, chwannog.

Adjectivorum comparationes.

POSITIVUM gradum dicimus, *enw gwan gwaſtad, yr hwn y bo y ſynwyr cyntaf i'r gair ynddo.* h. e. Nomen imbecille (ſeu adjectivum) æquabile, in quo primaria vocis ſignificatio.

Alii dicunt *iſel radd,* gradum infimum: vel *y gyſſeſin-radd,* gradum primitivum, vel poſitivum.

Hardd, trwm, tebyg, rhaid, rhad.

Comparativum dicimus, *chwanegol o un radd,* h. e. uno gradu auctum: vel, *y berfedd-radd,* ſeu, *y ganol radd,* gradum medium. Et fit a poſitivo, addita ſyllaba *ach,* mutatis vocalibus et diphthongis, ut in formatione pluralis, *harddach, trymmach, tebyccach, rheitiach, rhattach.*

Superlativum dicimus, *chwanegol yn y radd uchaf,* ſummo gradu auctum; vel *uchel-radd,* gradum ſummum. Et fit a poſitivo, addita ſyllaba *af,* vocalibus et diphthongis, ut prius, mutatis. Hoc eſt,

W } in *y*. { *brwnt, bryntach, af.*
Y } { *ffyrf, ffyrfach, af.*

Sic *trwch, trwm, crwn, crwm, llwm,* &c. et *gwynn, tynn, hyſp, crych, brych drythyll,* &c.

Ai } in { *ei rhaid, rheitiach, rheitiaf.*
Aw } { *o, tlawd, tlodach, tlottaf.*

Hic autem conſonæ finales leviores ſeu me-

diæ, *b*, *g*, *d*, mutantur in duriores ſeu tenues; eaſque duplices, *pp*, *cc*, *tt*.

B in *pp*, *cyffelyb*, *cyffelyppach*, *cyffelyppaf*.

Sed non ſemper: dicitur enim *cyfflybach y caiff leban*.

G in *cc*, *tebyg*, *tebyccach*, *af*: *teg*, *teccach*, *af*.

Dicitur tamen *tegach*,

Digon a ddwedai 'n degach,
A barddai'r byd â rhodd bach. S. T.

D in *tt*, *rhaid*, *rheittiach*, *af*: *rhad*, *rhattach*, *af*.

Sed finita in *b*, *g*, *d*, veteres ſcribebant per *p*, *c*, *t*, *cyffelyp*, *tebyc*, *rhait*. Et ſic inter augendum duplicantur eodem modo quo reliquæ ſimplices conſonantes finales, poſt vocalem non longam, ut *trwm*, *trymmach*, *af*. *Tynn*, *tynnach*, *af*. At [y] *glan*, *glanach*, *glanaf*.

Superlativa autem ſcribenda eſſe per *af*, non per *a*, (ut nonnulli imperitiſſime exiſtimant) docent

1. Deducta, *hynafiaid*, *eithafoedd*, *goruchafiaeth*:

2. Poetarum authoritas, qui ipſum *f* apocopare nunquam ſibi licere exiſtimant, niſi ſequente vel conſona, vel ejuſmodi vocali quæ una cum ipſo *a*, poſt apocopen relicto, diphthongum poſſit conſtituere: quævis enim conſona ipſi *a* adjecta, ſyllabam integram conſtituit.

3. Grammaticorum regula, literam *f* in fine dictionis, poſt vocalem, tribus in locis ſcribi

[y] Hic vocalis eſt longa. *Ed.*

debere: 1. Id poſtulante vocis natura, *nef*, *tref*, *haf*, et quæ ſic ſcribi debere oſtendunt, eorundem pluralia, derivata, compoſita, *nefoedd*, *nefol*; *trefydd*, *trefdraeth*; *hafaidd*, *haf-dy*. 2. In prima futurorum perſona, *caraf*; ubi *f* fit a pronomine *fi*, ego, ut in verbis patebit. 3. In ſuperlativis omnibus præter *goreu*, optimus.

Dixit tamen D. N. *eithaw*, pro *eithaf*.

His adde affixa pronomina in *af*, *yf*, *of*, a *fi* ego.

Anomala ſunt

Da, bonus, *gwell*, *gorau*. Sic enim ſcribendum eſſe, non *gore*, aut *goref*; docent deducta et compoſita, *goreuon*, *goreugwyr*, *goreu-ryw*, *goreufedd*.

Drwg, *gwaeth*, *gwaethaf*. Hæc vox et novem ſequentes ſuperlativum formant a comparativo, non a poſitivo.

Bach, vel *bychan*, parvus, *llai*, *lleiaf*.

Mawr, magnus, *mwy*, *mwyaf*.

Hir, longus, *hwy*, *hwyaf*.

Hen, vetus, antiquus, ſenex, *hyn*, *hynaf*.

Iſel, humilis, *is*, *iſaf*.

Uchel, altus, *uwch*, et *uch*, *uchaf*.

Agos, propinquus, *nes*, *neſaf*.

Hawdd, facilis, *haws*, *hawſaf*.

Llydan, latus, [z] *lled*, *llettaf*.

Llawer, multus, a *mawr*, mutuatur *mwy* et *mwyaf*.

Buan, velox, *buanach* et *cynt*, *buanaf* et *cyntaf*.

[z] Hodie *llettach*. Ed.

Ieuangc, iau et *ieuangach, ieuaf* et *ieuangaf*: et paſſim, *ifaf.*

Allan, extra, *eithaf*, extremus.

Diwedd ſubſtantivum, finis, facit ſuperlativum, *diweddaf*, ultimus, quod et *diwaethaf.*

Trech, fortior, eſt comparat. carens poſitivo. Et facit ſuperlativum *trechaf.*

Cecinit tamen S. T.

Na âd drachwant yn [a] *drechach.*

Eſt præterea Britannis quoddam ſuperlativi genus cum Hebræis commune, et fit duplicato poſitivo, quod Hebræi factum dicunt ad excellentiam ſuperlativi ſignificandam, ut רע רע, malus malus, i. peſſimus omnium, *drwg, drwg*, Prov. xx. 14. גבוהה גבוהה, altum altum, i. quam altiſſimum, *uchel, uchel*, 1 Sam. ii. 3. Sic et adverbia duplicantur: timuerunt מאד מאד, *ofnaſant yr fawr fawr*, 2 Reg. x. 4. ejiciam eum מעט מעט, *bob ychydig ac ychydig*, Exod. xxiii. 30. מעלה מעלה, ſuperne ſuperne, *yn uchel uchel*, et מטה מטה, inferne inferne, *yn iſel iſel.* Deut. xxviii. 43.

Fy nyn bychanigyn bach. D. G.

Eſt comparationis genus, quod æquiparationis dici poteſt, et Latine explicari per tam. Formatur autem a poſitivo, adjecta ſyllaba *ed*, juxta regulas formandi comparativi et ſuperlativi gradus, ut

Hardd, harddach, harddaf, hardded,
Rhad, rhattach, rhattaf, rhatted, &c.

[a] Hodie uſitatiſſimum. *Ed.*

In conſtructione habet præfixa *cyn*, tam, *cyn debycced*, tam ſimilis; *er*, quamquam, *er tecced y dywedi*, quantumvis blande loquaris; *rhag*, præ, pro, *rhag glaned yw'r calonnau*; *gan*, cum, *gan bured yw*. *O*, *O fwyned oedd*; *och*, *och oered i'w chwiorydd*; *a*, *ac*, *O Dduw teg, a'i ddaed dyn*. Et voce *daed* in unam ſyllabam contracta,

A daed oedd, da Duw iddo. L. G.

Venit et poſt verbum in forma molli nulla præcedente particula, *edrych decced yw*. *Ni wyddwn ddaed oedd*. *Mi a welaf reitied ydyw*. Et poſt pronomina,

Gwae fi o'i gweiddi gwae fi ei gwedd-wed. D. N.

Aliquando abſolute ponitur,

Duw cadw Rys decced ei rodd. D. N.

Neſcio an recte cecinerit,

Anhawdd ym gael ei haeled,
Be cerddwn bob grwn o gred. I. D.

Demetæ loco *cyn* præfigunt *mor*, tam, *mor hardded*, *mor laned*. Quod nos, *mor hardd*, *mor lan*. Reſolvimus enim hanc comparationem in poſitivum, præpoſito *mor*, ut *mor debyc*, *mor rhad*, *mor rhaid*; pro *cyn debycced*, *cyn rhatted*, *cyn rheitied*.

Anomala hanc comparationem formant; alia a poſitivo, *daed*, *drycced*, *ieuanged*.

Alia a comparativo, *lleied*, *hyned*, *iſed*, *uched*, *neſed*, *hawſed*, *lletted*, *trehed*.

Alia ab utroque, *buaned* et *cynted*.

Alia carent, ut *mawr, llawer, hir.* Ubi in ejus locum veniunt ſubſtantiva, *cymmaint, cyhyd, cyfuwch,* et *cyn uched.*

Ac er hyn e dynn y daint,
I'th iau gam a thi gymmaint. Ll. G. D.

Hallucinantur plurimum qui hanc comparationem inter adverbia collocant.

Denique, omnia pura puta adjectiva comparationem admittunt, ut tradunt noſtrates Grammatici.

Pronomen, *Rhagenw.*

PRONOMINA, ut docent noſtrates Grammatici, denotant, 1°. Perſonam, *mi,* ego; *ni,* nos; *ti,* tu; *chwi,* vos; *efe,* ille; *hwynt,* illi. 2°. Demonſtrationem, *hwn, hon, hyn,* hic, hæc, hoc; *hwnnw, honno, hynny,* iſte, iſta, iſtud. 3°. Relationem, *yr hwn, yr hon, yr hyn, y rhai,* &c.

4°. Poſſeſſionem, *mau, tau,* &c.

5°. Interrogationem, *pwy, pa,* quis, quæ, quid.

1. Pronomina perſonæ.

Primæ perſonæ	Sing. *mi,* et in conſtructione, *fi* et *i.* Plural. *ni,* nos.
Secundæ	Sing. *ti,* et in regimine, *di* et *thi.* Plural. *chwi,* vos.

Tertiæ	Sing.	Maſc. gen. *ef*, *efe*, *efo*, et *efo*; *fe*, *fo*, *e*, *o*, ille.	
		Fœm. gen. *hi*, ipſa, ab Heb. היא.	
	Plur.	*Hwynt*, illi, illæ, illa, com. gen.	

Hi ſæpe occurrit loco neutrius g. ut Heb. *y mae hi yn dyddhau*, dieſcit, &c.

E et *fe* contrahuntur ab *efe*.

O et *fo*, ab *efo*.

E, *fe*, et *o* in conſtructione tantum reperiuntur.

Omnium radix eſt *ef*.

In ſacris Bibliis, *efe* præcedit verbum loco nominativi, *ef* ſequitur. Poetæ et communis ſermo *ef* promiſcue uſurpant.

Horum nonnulla aliquando duplicata veniunt, ut apud Hebræos. In duplicandis autem prius *i* primæ et ſecundæ perſonæ utriuſque numeri, euphoniæ gratia, vertitur in *y*; et radicalis *m* et *t*, poſterioris ſyllabæ, in *f* et *d*, ut *mi*, *myfi*, ego.

Et in conſtructione *fyfi*. Sic Heb. אני et אנכי ego.

Ni et *nyni*, nos. Ut Heb. אנו et נחנו, nos.

Ti, *tydi*, et *dydi*; et in conſtructione, *thydi*, tu. *Chwi*, *chwychwi*, vos.

Hwynt, *hwynt-hwy*: unde vulgare, *nhwy*, quaſi *hwyn-hwy*.

Hi, et paſſim *hihi*. Sic et Latine *memet*, *tete*, *ſeſe*. Veniunt hæc duplicata aliquando

cum accentu in ultima, *myfi tydi, nyni, chwychwi, hwynt-hwy*, ut

A thydi heb waith dwy-awr. D. N.

Aliquando in penult. ut

A myfi yn ymafael
A chwrr fy hun fy chwaer hael. D. G.

Ufurpantur et cum *y* loco *i* in ultima, ut *myfy, fyfy, tydy, dydy, nyny, chychwy*, ut

Clo a roed ar ddrws y ty,
Claf wyf o ferch, clyw fyfy. D. G.
Cadwaf dydy i'th dy dellt. D. G.

Sed in his accentus eft in penultima. Hæc omnia, memoriæ gratia, his exemplis illuftravit Rupertius;

Myfi fydd yn ymafel
Myfi aeth â mwy o fel.
Tydi, ai caeth y tidwyd?
Tydi, ai goreu tad wyd?
Efo pan ddelai i fan,
Ac efo a gwraig Ifan.
Nyni oedd iawn i'n annos,
Nyni yn niau a nos.
Chwychwi a ddylai' chychwyn,
Chwychwi a dynnwch y chwyn.
Hwyntwy a gaid yn untal,
Hwynt hwy i gyd yn un tâl.

Fortaffe etiam duplicata funt, *efe, efo*, et *efo*. Quorum fimplicia funt, *ef, fo*; et in conftructione, *fe, e o.* Ne cui autem corrupta videantur, *efo, efo, fo, o*; dixit D. G.

Dyn ieuangc oedd raid yno,
Gwae fi nad fyfi fai fo. Et,
Nac ef, na'i ben-fam efo,
Na'i dad a'i fam na'i dud fo. L. G.

Idem docet affixum *o, Iddo, yntho, atto,* &c. Denique, duplicata plerumque emphaticωs uſurpantur; præſertim ſi ultima accentuetur.

Præterea, his pronominibus, *mi, ni, ti, chwi, hi, hwy, hwynt,* plerumque in orationis ἀνταποδόσει adjicitur ſyllaba *au,* quibuſdam literis interpoſitis. Ea autem ſyllaba ſignificat etiam, autem, igitur.

Au adjicitur pron.

Mi	interpoſito *nn,*	*minnau,* ego	autem, etiam, igitur.
Ni		*ninnau,* nos	
Ti	interpoſito *th.*	*tithau,* tu	
Chwi		*chwithau,* vos	
Hi		*hithau,* ipſa	
Hwy		*hwythau,* illi	
Hwynt	ſine interpoſitione	*hwyntau,* illi	
	irregulare eſt	*yntau,* ipſe	

Imperitiæ eſt quod hæc quidam ſcribunt per *ef,* pro *au,* ut *minnef, ninnef,* &c. Fertur tamen D. E. approbaſſe *yntef,* pro *yntau.* Sed hujus ratio eſt quod fiat ab *ef,* ipſe; quæ non valet in reliquis.

Affixa.

Ex prædictis pronominibus ſeparatis et integris, naſcuntur inſeparabilia et conjuncta pronomina, quæ cum Hebræis pronomina affixa

ſive ſuffixa, *rhag-enwau cynglyn*, dicimus; quorum unumquodque a proprio fluit integro,

F, a *fi*, ego, ut *attaf*, *ynof*, *gennyf*.

T, a *ti*, tu, ut *attat*, *ynot*, *gennyt*.

O, vel *aw*, ab *efo*, ipſe, ut *atto*, *ynthaw*, *ganthaw*.

I, ab *hi*, illa, ut *atti*, *ynthi*, *genthi*.

Ch, a *chwi*, vos, *attoch*, *ynoch*, *gennych*.

Ynt, ab *hwynt*, illi, *attynt*, *ynddynt*, *ganthynt*.

M, a *ni*, nos, *attom*, *ynom*, *gennym*. q. d. *At y fi*, *yn y fi*, *gan y fi*, &c.

Sed adjungendorum rationem in ſyntaxi pronominum videre licet.

Eſt et affixorum uſus in perſonis verborum formandis, ut poſt patebit.

2. Demonſtrandi pronomina.

Sing. { *Hwn*, hic et hoc; *Hon*, hæc.; *Hyn*, hoc. } Demetæ pro utroque dicunt *hyn*.

Plural. *Hyn*, hi, hæ, hæc.

Plurale, *hain*, barbarum eſt, poetis et doctis ignotum.

Integrum plurale eſt *y rhai hyn*, hi, hæ, hæc; inde contractum *y rhai'n*, et *' rhai'n*.

Llewod a'i rhydd lle daw'r rhai'n
Lle diylch llewod Owain. O. Ll. M.

Hinc imperitorum *hain*, exiſtimantium legi *yr hain*, non *y rhai'n*.

Quatuor præcedentia pronomina, *mi*, *ti*, *ef*, *hwn*, vocant noſtrates Grammatici *pedwar tadog*, quatuor primitiva; reliqua omnia, *tyn-*

nedigion, derivativa, quia ex iſtis quatuor omnia derivata credunt.

Hwnnw, iſte, iſtud *Honno*, iſta. f. g.	Demetæ indefinite *hynny*,	Pl. *hynny*, iſti, æ, a.

Plurale, *heini*, barbarum eſt, ut *hain*. Integrum eſt *y rhai hynny*, iſti, æ, a; inde contractum *y rhai'ny*, et *y rhei 'ni*; unde imperiti exiſtimantes ſcribi *yr heini*, faciunt ſuum barbarum *heini*.

y fory 'n rhoi 'rhei 'ny 'n rhad. H. D.
Dan farn nid ynt honof fi,
Diau rhan Duw yw 'rheini.

Ait quidem de ſpe, fide, et charitate.

3. Relationis.

Relativum ſingulare conflamus ex demonſtrativo *hwn*, hic, præpoſito articulo *yr*, ut

yr hwn, qui; *yr hon*, quæ; *yr hyn*, quod.

Ut Græci ὁ αὑτὸς, idem, &c.

Plurale, a *rhai*, præpoſito articulo *y*, *y rhai*, qui, quæ, quæ.

Sawl, vel *y ſawl*, et *y neb*, qui, quæ, relativa ſunt omnium numerorum et generum.

yr un, idem, eadem, idem, et pl. iidem, eædem, eadem. Eſt omnium numerorum et generum; ſimile eſt Gr. ὁ αὐτὸς, ἡ αὐτὴ, τὸ αὐτό.

4. Poſſeſſionis pronomina.

Poſſeſſiva ſunt, *mau*, meus, a, um; et fœmininis adjunctum, *fau*, et contracte, *fy*: et ante vocalem dempto, *y*, fit *f*: *f' anwyl*, pro *fy anwyl*; utriuſque generis.

Tau, tuus, a, um: et cum fœmininis con-

ſtructum *dau*, et inde, *dy*, et per apoſtroph. *d'* utriuſque generis.

D' enaid, pro *dy enaid*.

Ei, ſuus, a, um : vel ejus. Eſt omnis gen. et num. ſing.

Ein, noſter, a, um : omnis gen. et num. pl.

Eich, veſter, a, um : omnis gen. et num. pl.

Eu, ſuus, a, um : vel eorum, earum, eorum. Dicitur de pluribus.

Eiddo vicem ſupplet omnium poſſeſſivorum, omnium perſonarum, generum, et numerorum : ut videre eſt in ſyntaxi. Sed prima duo vere poſſeſſiva ſunt : reliqua poſſeſſivorum locum ſupplent.

His autem omnibus additur, *un*, unus, a, um, interpoſito, *h*, ut ſing.

Fy hun, ego ſolus, vel ſola.

Dy hun, tu ſolus, vel ſola.

Ei hun, ille vel illa, ſolus vel ſola : quibus aliquando παραγωγικῶς accedit ſyllaba *an*.

Fy hunan, *dy hunan*, *ei hunan*.

Pl. *Ein hun*, nos ſoli vel ſolæ.

Eich hun, vos ſoli vel ſolæ.

Eu hun, illi ſoli, vel illæ ſolæ.

Et adjectæ ſyllabæ *an*, mutato *a* in *ai*.

Ein hunain, *eich hunain*, *eu hunain*.

Quibus etiam aliquando præfiguntur integra pronomina, ut,

Myſi ſy		*bun*, vel *bunan*.
Tydi dy		
Efe *Hi* *Hwn* *Hwnnw*	*ei*	

Nyni ein		*bun*, vel *bunain*.
Chwychwi eich		
Hwynt-hwy *y rhai hyn* *y rhai hynny*	*eu*	

Sed hoc fit ad majorem emphaſim.

5. Interrogandi pronomina.

Pwy, quis, quæ : *pa*, quis, quæ, quod. Quæ omnium generum et numerorum ſunt.

Non ſemper interrogant, ut nec quis Lat.

Item *pwy* ſemper de perſonis, *pa*, fere de rebus dicitur, ut מי et מה Hebræorum.

Pronominibus ſimilia ſunt,

Arall, alius, pl. *eraill*.

Llall, alter duorum poſterior, pl. *llaill*.

y naill alter duorum prior.

Neb, nemo, nullus, de perſonis dicitur.

Rhyw, aliquis.

Neb rhyw, de perſonis et rebus, nullus, a, um.

Neb un, aliquis.

Pa ſawl, quot, ex *pa* et *ſawl*; quod et *peſawl*.

Bynnag, cui adjungitur *pwy* et *pa*; *pwy bynnag*, quiſquis, de perſonis.

Pa bynnag, quicquid, de rebus. Sed inter *pa* et *bynnag* ſemper ponitur nomen.

Pa ddyn bynnag ſych.

Pa ſawl bynnag.

Verbum. *Gair, Berf.*

VERBI radix, fons, et origo, apud Britannos, plerumque eſt nomen ſubſtantivum, *dyſc*, doctrina, *dyſcais*, docui. *Car*, amicus; *caraf*, amo vel amabo: quod quidem ſubſtantivum plerumque idem voce eſt cum tertia perſona ſingulari futuri indicativi, (ut Hebræis præteriti) vel ſecunda ſing. imperativi modi. Quæ perſonæ, ut plurimum, voce eædem ſunt.

In nonnullis radix eſt tertia perſona præteriti, ut apud Hebræos, ut *aeth*, *daeth*. *Gwnaeth*, *bu*, *oedd*, cum compoſitis, ut poſt patebit.

Errant igitur qui ab infinitivo omnia verba exiſtimant eſſe formanda, et a *troi*, *ffoi*, *cloi*, &c. dicunt *troiwn*, *ffoiwn*, *cloiwn*, &c. ubi dicendum erat, *trown*, *ffown*, *clown*, &c. a *tro*, *ffo*, *clo*, &c.

Modus indicativus.

Tempus præſens.

Nullum fere habemus tempus præſens verborum, ut nec Hebræi, ſed illud circumloquimur per verbum ſubſtantivum et infinitivum, veniens loco participii præſentis, ut, *wyf yn caru*, ſum amans, vel, ad verbum, ſum in amare,

vel amando. Sic Heb. אני אהב, ego amans, pro Lat. ego amo.

Nec ſolum præſens, ſed et omnia verborum tempora, circumlocutione participii et verbi infinitivi, formari poſſunt, ut et apud Græcos uſu venit: ut *oeddwn yn caru, bum yn caru, buaſwn yn caru, byddaf yn caru*, &c. Quod ſi infinitivus verbo ſubſtantivo præponatur, ab infinitivo abjicitur *yn*, et verbo præfigitur *y*, vel *yr*, adverbium, ut

Caru y bum cyd curiwyf.
Caru 'r wyf is cwrr yr allt.
Gorllwyn y bum ddyn geir-llaes. D. G.

Interdum tamen pro præſenti utimur voce futuri, ut; *Credaf yn Nuw Dâd*, Credo in Deum Patrem: *beth meddi di*, quid ais tu. *Mi a welaf*, ego video: *ti a weli*, tu vides, &c. *mi a wn*, ego ſcio: *ti a wyddoſt*, tu ſcis, &c. Sic Hebræi interdum utuntur præterito, interdum futuro pro præſenti, ut annotat Aben Ezra in Pſ. i. et R. Selomoh in Gen. xxiv. 45. et alii.

Porro quinque numerant Grammatici verborum terminationes primarias, ([b] *gobennyddiau* dicunt) *af, wn, ais, aſwn, wyf.*

Tempus imperfectum.

Carwn, amabam: *carit*, bas: *carai*, bat, &c. cujus quia indicativo rarus eſt uſus, ad obliquos modos flexionem ejus amandamus: ut et pluſquam perfecti.

[b] Terminationes a *pen*-caput, vel finis. *Ed.*

Præteritum perfectum.

Singular. { *Cerais*, amavi. / *Ceraiſt*, amaviſti. / *Carodd*, amavit. }

Plural. { *Caraſom*, amavimus. / *Caraſoch*, amaviſtis. / *Caraſant*, amaverunt. }

Fit a radice, additis perſonarum terminatiobus; et, in prima et ſecunda perſona ſingulari, mutatis vocalibus poſtremæ ſyllabæ mutabilibus, ut in formatione numeri, ut *car*, *cerais*, *ceraiſt*; *tal*, *telais*, *telaiſt*; *amcan*, *amcenais*, *amcenaiſt*; *carchar*, *carcherais*, *carcheraiſt*. Quæ vocales in reliquis perſonis manent illæſæ. Nec eſt in formatione verborum nobis peculiaris vocalium mutatio, nam et illas Hebræi mutant; ut a פקד formantur פקדתן פקדתם פקוד &c.

Terminationes perſonarum fere omnium fiunt additione affixorum pronominum ejuſdem perſonæ, ut *caraf*, amo, vel amabo: additione, *af*, a *fi*, ego: *ceraiſt*, amaviſti: ubi *t* finalis eſt a *ti*, tu: *carwn*, amamus, amabimus, vel amemus: ubi *n*, a *ni*, nos. *Caraſom*, et reliqua pluralia primæ perſonæ, habent *'m* affixum: *caraſoch*, amaviſtis, ubi *ch* a *chwi*, vos: *caraſant*, amaverunt, ubi *nt* eſt ab *hwynt*, illi. Sic et in reliquis temporibus. Eodem modo et Hebræi, nam in פקדתי, viſitavi, י finale, eſt ab אני, ego. In פקדת, viſitaſti, ſyllaba ת eſt ab את, atta, tu. In פקדנו, viſitavimus, ſyllaba נו eſt ab אנו, nos.

In פקדתם et פקדתן, visitastis, תם et תן, fiunt a pronominibus אתם et אתן, vos.

Summæ est imperitiæ, et contractio nemini poetarum licita, quod nonnulli primam singularem faciunt in *is*, vel in *es*, *ceris*, *ceres*, pro *cerais*; secundam in *ist* vel *est*, *cerist*, *cerest*, pro *ceraist*: nisi cum imperitam vulgi loquelam μιμητικῶς vel εἰρωνικῶς imitari volunt poetæ, ejusque inscitiam damnare, ut ille,

Mae'r dis? mi a'i teflis yn tan, pro *teflais*. S. T.

Tertiam personam singularem *odd* poetica licentia mutat in *awdd*, ut,

Y ci a las yn y clawdd.
Llwyddiant i'r neb a'i lladdawdd. D. Ll.
Ni ddaliawdd ei chlawdd ychlân. G. G.
Ni adawdd, ni bu nawdd nes. D. G.

Nonnunquam in *es*

Hoffi digoni a ddigones llew,
A'r llu tew trylew trwy faran-res. Cyndd.
y dydd y codes Iesu,
O farw'n fyw, da farn fu. G. Y. C.
Yn dad drwy gariad y rhagores
yn fab rhwydd arab araf cynnes. Iolo.
Lloches lle'r ymolches moch. D. G.
Drych y ffair oedd, dewrwych ffres.
Drwg olwg draw a'i gweles. T. A.
Pwy amgen onid pum-gair,
A feichioges mynwes Mair. G. I. H.

Et in *as*.

Trist wyf trais Duw a'i gallas,
Traws Ddafudd lawrudd a las. B. F.

Ac yn oreu dyn Duw ry greas,
Cyn ei far arnaf neuaf na'm llas. G. M.

Et in *is*,

Cymro glew a'n gadewis. D. G.
Gadewis fy newis Fon. D. G.
Pwy a beris il brisiaw. R. G.
Dy ddau nai, nid oeddyn is,
yr un Duw a'i gwrandewis. T. P.
Cadarn rhag llwgr y cedwis,
Ceidwad yw fo, cadwed fis. D. Ll.

Et veteres,

Llawes iawn o'i ddawn a ddefnis
Attaf, llwyr y coffâaf a'm coffeis. D. B.

Trodd, ffodd, clodd, parotodd, et alia quorum infinitivum eſt in *oi* contracte dicuntur, pro *troodd, ffoodd, cloodd, parottoodd,* &c.

Vulgo Demetarum hæc perſona definit in *ws, carws,* amavit. Quod nemo fere poetarum aut oratorum auſus eſt uſquam imitari. Semel dixit D. G.

Hadlyd liw hudol o dlws
Hudolion a'i hadeilws. D. G.

Et veteres aliquando *ws,*

yſtwyll yſtyriws Dews defnydd. M. G.

Aliquando *wys,*

Creawdr a'm crewys a'm cynnwys iw plith
Plwyf gwerin Enlli. M. B.
Dum a ddifferwys ei eglwyſau. G. B.

Porro, tertia perſona ſingularis omnium temporum, interdum indefinite ponitur pro qua-

cunque ſui temporis perſona, (ut apud Hebræos) præpoſito nominativo, ut *mi a garodd, ti a garodd, ni a garodd, chwi a garodd,* &c.

Aed y traed hyd atto'r wyl. G. G.
Gwr a wella'r gwyr wellwell,
A gwyr a wna gwr yn well. D. N.

Prima pl. *om* fortaſſe rectius *am* (unde tertia pl. *ant.*) ut ſæpe apud poetas,

Ys gwybuam gam am ganhunben. P. M.
O'i ddwyn cynneddf brwyn cwynaſam
Samſwn, llyw llafndwn llew dinam. P. B.
Clywſam ddinam ddaioni. Iolo.
A wnaetham o gytgam gynt. D. G.
Gwarae, a gwyddyn ba ham,
A'r eigr bryd a orugam. D. G.
Ein gweddi, ni a'i gwyddam,
Aed wrth fodd dy wyr a'th fam. D. N.

Sed nos communem ſequimur rationem.

Pro ſecunda pl. *och,* dixit non nemo *awch.*

Tertia pl. exit in *ant, caraſant*; et poetice, abjecto *t,* in *an.*

Am a wnaethan a'm annedd. L. G.

Quod etiam fit in tertia pl. futuri, ut

Rhwydd y daw rheiddiau o dan
Rhagod, pawb a'th anrhegan. Iolo.
Mawr y ſonian am danaw. I. H. S.
Medran feſur y Ganon. G. O.
y dall a'th wyl, Duw oll i'th alwan,
Ac yn dafodiog y gwnaud fudan.
Nid an o'r lloffi wen i'r llawr. S. K.

Et in *ont* et *on*. Sed apud veteres poetas non legimus *ont*; proinde nec, *on*. Cecinit tamen ille centum ab hinc annis,

Arian i Suddas er anfoddion
Er ei Dduw Iefu a roddafon. G. I. Ll.

Et fæpius in ifta oda. Quam fama fert authorem omni conatu voluiffe fuppreffam.

Hic autem femel monere fufficiat, omnia verba pluralia in *nt* definentia, ipfum *t*, et poetice et vulgariter abjicere.

Plufquam perfectum.

Carafwn, amaveram, *carafit*, *carafai*, &c. Sed quia in hoc modo rarioris eft ufus, difcentem ad obliquos modos relegamus.

Futurum.

Singular.	*Caraf*, amabo.
	Ceri, amabis.
	Car, amabit.
Plural.	*Carwn*, amabimus.
	Cerwch, amabitis.
	Carant, amabunt.

Fit a radice addita fyllaba, *af*, *car*, *caraf*; et in fecunda perfona utriufque numeri, mutata vocali mutabili.

Secunda fing. in *i*, Demetæ et poetæ faciunt in *y*, *cery*; ut,

Gymry lle rhyglyddy gled. Iolo.
Hy 'gorefgynny Gonach. Iolo.
Ti a leddy clochdy clod. Iolo.

Et veteres,

Dy ſantawl nid hawl, nid hawdd hynny,
Dy ſar ys anwar y goſſody. D. B.

Tertia ſing. communiter et regulariter exit in *a*; plerumque tamen eſt radix, ut ante monitum eſt.

At quædam hic variant, nam nonnulla quæ in ultima ſyllaba habent *o* vocalem, eandem mutant in *y*, *tro*, *try*; *torr*, *tyrr*; *rhodd*, *rhydd*; *ffo*, *ffy*; *golch*, *gylch*; *dod*, *dyd*; *clo*, *cly*; *lloſg*, *llyſg*.

Et compoſita, *ymdry*, *ymylch*, *datcly*, *dyry*, *ymrydd*; ſic *diolch*, *diylch*,

I Dduw Madog a ddiylch,
Gan ei chwaer hael cael y cylch. D. G.

Eſgor, *eſgyr*, ut

Diſgybl i'r beirdd nid eſgyr. D. G.

Gwrthod, *gwrthyd*; *cymmorth*, *cymmyrth*.

Quæ ſi habeant *a* vel *o* in penult. illas mutant in *e*, ut, *gwrando*, *gwrendy*; *gado*, *gedy*; *taro*, *tery*; *addo*, *eddy*; *goſod*, *geſyd*; *aros*, *erys*.

Si prior ſit *a*, poſterior *e*, mutabitur *a* in *e*, *e* in *y*, *gwared*, *gweryd*; *atteb*, *ettyb*.

Quæ vocalem *a* habent in ultima, illam mutant in *ai* vel *ei*, *ſaf ſaif*; *par*, *peir*.

Beth a'm peir yn ddiweiriach. Dicimus tamen *par*.

Dafn, *daifn*, *Daifn ſy neigr dwfn ſynegais.* D. G. pro *dafna*.

Tafl, *taifl*. *A fo ſwrth yn ei wrthaifl*,

March tost trwy ammharch a'i taist.
Gall, gaill, Ef a eill dyn eiry peill-liw. D. G.
Delw a'm peirch meirch mygr hydaith. Cyndd.
pro *parcha.*

Sic *cadw, ceidw*; *gwarchadw, gwercheidw*; *gwahardd, gweheirdd,*

Saint o bob lle a'm gweheirdd,
Santesau hun-deiau beirdd. D. G.
O hirnych gwych a'm gweheirdd,
O hiraeth am bennaeth beirdd. M. B.
Llam, lleim, Am rym llym y lleim fy nagrau.
D. B. pro *llamma.*

Jamdudum obtinuit, ut hæc persona corruptissime vulgo exeat in *iff.* Quod factum existimo ex κακοζηλίᾳ et prava imitatione anomali *caiff*, a *caffael.* Ut *ceriff*, pro *car*; *periff*, pro *pair*; *rhoddiff*, pro *rhydd*, &c. quæ nunquam sine indignatione audio. Hæc veteribus ignota fuere, et ab oratoribus et poetis, ut summa tincta barbarie, semper vitata; ut ne a monosyllabo quidem *af*, ibo, ausi sint dicere *aiff*, pro *a*, ibit; ne quidem post adverbium *a*: sed semper dixerunt, *a á*, ibit,

Dyn wyf a a *dan ei wad,*
Er nad a *'r un a'i dywad.* H. K.
Llywelyn drows-dynn a a *drosti* D. G.
Ac a a *dan Gaeo dir.* L. G.
Ef a a *eilwaith pan rysfelid,*
Ef a a *eryr cryf a eurid.* L. G.
Ef a a'r *bi i farw byth.* L. G.
y byd o ddynion fel i'r badd a a

Oddi yna i'r noddfa nadd. L. G.
Imperite ergo dixit ſi quis cecinit,

Cywiriaid enaid yna,
O goffa dig, aiff a'i da.

Et in futuris verborum in *aú*, rectius duxerunt veteres duplicare *aa*, quam dicere *iff*, ut *triſtáa, lawenháa, trugarháa,*

Treiffwr a'i cymmer,
Troffedd eliffer,
Trawſwalch ner muner, a'i mwynháa. D. B.

Vel ipſum duplex *aa* in ſimplex contrahere, ut

Hyll dynniad y wyllt yna
Ei gwr ei hun a'i gwarha

Et poetarum ſuæ ætatis facile princeps, [c]*Alettus*, ad rythmum alternum in *ff* præeunte vocali, abſolvendum; quia nullam invenire potuit dictionem Br. in *iff* deſinentem, maluit *f* finale in *ff* mutare, quam uti futuro in *iff*, quod tunc temporis fortaſſe incognitum fuit, ut,

Gwynedd am ein gwledd mae 'n gloff:
Marw llew 'r Prins, mae 'r lloer heb priff, pro
prif.

Futurum interdum ſupplere vicem præſentis, ſupra monitum eſt.

Modus imperativus.

Singular.	*Car*, ama.
	Cared, amet.
Plural.	*Carwn*, amemus.
	Cerwch, ametis.
	Carant, ament.

[c] Tudor Aled qui floruit An. 1500. *Ed.*

Secunda ſing. ſemper eadem eſt cum tertia futuri indicantis, præterquam in iis quæ futuri vocales mutant, ut, *tyrr*, *try*, *gylch*, &c. quæ hic nulla facta mutatione fiunt, *torr*, *tro*, *golch*, &c. a *gado*, fit *gad*.

Tertia ſing. non nuſquam in *id*, cum uſitatæ vocalium mutatione, ut *cerid Duw fi*, pro *cared*.

Totum plurale idem ſemper eſt cum pl. futuri indicativi; niſi quod poetæ tertiam perſonam interdum faciant in *ent*, ut, *carent*, pro *carant*.

Et in *ont*, a futuro optativi, unde abjecto *t*, *on*, ut,

Cornwal Caerlleon galwon am geiliog. R. N.

Modus optativus.

Optativus potentialis et ſubjunctivus voce iidem ſunt. Significatio particulis adjunctis diſtinguitur.

Præſenti tempore carent.

Præteritum imperfectum.

Singular.	*Carwn*, amarem. *Cerit*, amares. *Carai*, amaret.
Plural.	*Carem*, amaremus. *Carech*, amaretis. *Carent*, amarent.

Pluſquam perfectum.

Singular.	*Caraſwn*, amaviſſem. *Caraſit*, amaviſſes. *Caraſai*, amaviſſet.

Plural. { *Carasem*, amavissemus.
Carasech, amavissetis.
Carasent, amavissent. }

Horum temporum secunda sing. fit etiam sine mutatione vocalis, et fortasse rectius, *carit, carasit*. Et dicunt poetæ, *ut,*

Bellach bellach eiriachut,
y cawn fel am chwedl y cut.

Et *yd,*

Hy drwyddyn, trabydr oeddyd,
Ar ollwng hai a'r llu' nghyd. T. A.

Sed fere semper *ud,*

Ni chiliaist, ni ochelud
Arbed traul, ar y byd drud. L. G.
Nid oeddwn gall na'm pallud,
Ni bu ddewin gylfin glud. D. G.
Ti' addawsud y fud ferch. Ll. G.

Tertia sing. exit in *ai*. Quod enim in prima SS. Scripturæ interpretatione legebatur, et vulgo profertur, *e, care, carase*, corruptum est; nec usquam a poetis usitatum, aut ante nostrum seculum auditum. Nam et patres nostros audivimus communi sermone loquentes *ai*.

Dicimus tamen *dyly*, pro *dylai,*

Oni ddel hyn a ddyly
Bob ychydig hyd frig fry. D. G.
Ni ddyly hun-dy hen-dwyll. I. T. P.

Totum autem plurale, poetis usitatius, et meo judicio rectius fit, cum mutatione vocalium penultimæ, et terminatione per *y* formata, ut,

Cerym, cerych, cerynt.
Caresym, caresych, caresynt.

Vulgaris tamen forma est quæ in paradigmate habetur; quam nec poetæ omnino respuunt, ut in persona

1. *Ni ellem eurem wrbyd.* D. G.
Ar drichawr yr edrychem,
Fel gwneuthur tri I o Em. Ll.
Goreu ystor wyd Grist ym. L. G. in alterno rythmo.

2. *Bid i'wch chwech bywyd o'ch iaith,*
Bed elech heb y dalaith. I. D.
Ar chwech y gwelech roi gwin. D. D.

3. *Bryd swrn o baradwys Went*
Yw 'nhwyllo, hyn ni allent. B. B.
Saith o aliwns ni thalent
Syr Risiart rhyswyr gwyr Gwent. Idem.
Saethau dyrnodiau nodent,
A neidr a sarph enw dros Went. L. Mon.

Et abjecto *t*, ab *ynt*, *yn*,
Och i'r adar na chredyn,
Duw i'n o Dduw, d' eni o ddyn. D. N.

Sic *en* ab *ent*; quæ apocope quo minus a nonnullis probatur, eo pluribus confirmanda est exemplis,

Offrymmen ddalen bob ddau. L. G.

Am liw seren,	*wyt oferen,*	G. O.
y diferen,	*anadl beren,*	
ar offeren,	*wyllt a geren,*	
er offeiriad.	*wallt deg eurad.*	

Cymro coronog crynen.

Caneuau 'r byd cawn ar ben. L. Mor.
Troiſt lynges, lle gormeſſen,
Trwy Ffraingc at wyr Pharao ben. Idem.
Wyth ſeren rhiſen yrhawg. S. B.
A llu eſgyll a wiſgen
O foth i olwyn y fen. W. Ll.

Fit etiam tertia pl. apud poetas in *aint*, quæ mihi genuina et regularis videtur eſſe hujus perſonæ terminatio, a tertia ſing. *ai*, ut tertia pl. futuri *ant*, fit ab *a* tertia ſing. *pwyſa*, *pwyſant*; et futuri optativi tertia pl. *ont* a ſing. *o*: *caro*, *caront.*

Neſt wiw-goeth, wenddoeth, wyn-ddaint, ac Iſor,
A mwy na rhagor i'm anrhegaint. D. G.

Et abjecto *t*, *ain*,

Ac na bain ar druain draed, pro *baint.* D. G.

Powyſiani *a* penultimæ pluſquam perfecti interdum vertunt in *y*, ut *caryſwn*, *caryſit*, *caryſai*, &c. pro *caraſwn*, *it*, *ai*, &c.

Et interdum penitus abjecto *a* nimis barbare. *Carſwn*, *it*, *ai*, &c. pro *caraſwn*, &c. ex prava imitatione verbi, *gwelſwn*, *gwelſit*, *ſai.*

Futurum.

Singular.	*Carwyf*, amavero.
	Cerych, amaveris.
	Caro, amaverit.
Plural.	*Carom*, amaverimus.
	Carech, amaveritis.
	Caront, amaverint.

Hic corrupte, *bwytathwyf*, inferto *th*, pro *bwytawyf*, ad exemplum anomali *rhothwyf*, &c. pro *rhoddwyf*, &c. et verbi fubftantivi, *bythwyf*, pro *byddwyf*, &c. de quibus infra.

Secunda fingularis ufurpatur et in *ech*, fine vocalium mutatione, *carech*, pro *cerych*.

Tertium fingularem in *o* veteres [d] faciebant in *wy*, ut

Aur didawl meidrawl ei modrwy a'i phall,
Ni phell dynn rhiain rhag a garwy, pro *garo*. P. M.

Doeth atteb, Duw a'th attwy, pro *atto*.
Deiroes byd, a hefyd hwy. Idem.

Golwg dof, dewis gan a'i fyllwy;
Goleu-liw golwg i'r a'i gwelwy.
Gwelais ynys glwys gloyw ei gylchwy. Cyndd.

Ni ryweles teg ar nis gwelwy,
Ac y dan ruddem ruddaur fodrwy. Idem.

Sic tertiam pl. *ont* faciebant in *wynt*, *carwynt*, pro *caront*.

Interdum in *oent*, et in *oynt*.

Modus infinitus.

Infinitum natura quam proxime ad radicem accedit, et quafi fecundaria radix eft: unde Hebræi מקור fontem, fcaturiginem appellant, quia inde fignificandi modus ad alia tempora, ceu per rivos, perfluit.

Infiniti terminatio varia eft, et fæpiffime con-

[d] Sc. poetæ.

ſonans. Sed communior eſt in vocales, *a, i, o, u*. In nonnullis *au, an, ain*.

Radix ex *a, ae, e*, non mutatis, et ex *w, y* mutatis conflata; ad finem addit *u, car, caru*; *baedd, baeddu*; *pech, pechu*; *llech, llechu*; *taer, taeru*; ſic *cwſg, cyſgu*; *plyg, plygu*; *cryg, crygu*.

Excipe *darn, darnio*; *dryll, dryllio*.

Radices ex *i, u, ai, au, iw* et *wy* concinnatæ, aſſumunt *o* ad finem, *rhiſ, rhiſo*; *crug, crugo*; *tail, teilo*; *haul, heulo*; *briw, briwo*; *twyll, twyllo*; *bud, budo*.

Septentrionales plerumque ante *o* finale ponunt *i, gwib, gwibio*; *caib, ceibio*; *rhaib, rheibio*.

O et *oe* aſſumunt *i, llog, llogi*; *crog, crogi*; *poer, poeri*; *oer, oeri*; *ſoeg, ſoegi*; *coeg, coegi*; *moel, moeli*. Exceptis, *hoel, hoelio*; *coel, coelio*; *ffroen, ffroenio*, &c.

Sed hæc omnia certius docebit uſus quam præcepta.

Quæ deſinunt in *a* pleraque ſunt colligendi verba. Et ſemper a ſubſtantivis, iiſque ut plurimum pluralibus formantur, *cneüa, afaleua, ytta, gwiala, coetta, cawſa*.

Aliquando a ſingularibus, *cymmhortha, ceiniocca*.

His adde *bwyta, llewa*, Demeticum.

Quæ fini adjiciunt *hau*, fere omnia inceptiva ſunt, vel ad inceptivorum ſignificationem quam

proxime accedentia, *dwfrhau, dyddhau, llawenhau, llwfrhau, meddalhau, pruddhau.* Et plerumque ab adjectivis fiunt.

Sed *h* non fcribitur poft *c, p, t,* fed ipfæ poft vocalem venientes duplicantur, *llaccau, gnottau.* Ubi etiam *g, b, d,* fiunt, *c, p, t, gwaccau, gwlyppau, bryttau.* Alias fic, *triflau.*

Quæ finiuntur in *an,* et *ain,* aut frequentativa funt, aut frequentativis fimilia. *Hyntian, heppian.*

O hynt i hynt i hyntian,
O goed i faes gloywlaes glan. D. G.

Ubain, llefain, germain, cywain, a radicibus *wb, llef, garm.*

Interdum ante *ain,* ἐπενθετικῶς præfigitur *f,* ut *wylofain,* ab *wylo, cwynofain* a *cwyno, rhedegfain,* a *rhedeg*; fic *cwynfan,* a *cwyno.*

Non tamen proinde primitivorum infinita fcribi debent in *of,* ut cecinit W. K.

Quæ definunt in *ach* diminutivæ funt fignificationis, *chwareuach.*

Sic quæ in *al, naddial.*

Heb dâl gyfnewidial wydn. D. G.

Eft autem infiniti multiplex apud Britannos ufus, ut et apud Hebræos. Nam fæpiffime τεχνικῶς ufurpatur loco fubftantivi, utpote quod magnam in utraque lingua, cum fubftantivo cognationem habet, et conftructione nihil ab eo differt, ut in fyntaxi videbitur.

Item, ex infinitis fiunt participia, præpofita præpofitione *yn,* ut כ aut ב apud Heb. *yn caru,*

amans, ad verbum, in amando. Ut interdum apud Græcos, ἐν τῷ λέγειν &c.

Item gerundia et ſupina auxilio fiunt præpoſitionum, ut apud Heb. miniſterio ſervilium, בכלם. Deut. xx. 9. כְּכַלֹּת, ſecundum conſummare, *wrth orphen, wedi gorphen.* Gen. v. 4. Poſt gignere ipſum, *wedi cenhedlu o hono.* Gen. xviii. 2. ivit in occurrere eorum, i. in occurſum eorum, *i'w cyfarſod hwynt.* Ez. xiii. 8. Propter loqui vos vacuum, *am ddywedyd o honoch yn ofer.* Deut. xxix. 7. uſque venire vos ad locum iſtud, *hyd eich dyfod i'r lle hwn.*

Sed de hujus modi uſu plura in ſyntaxi.

Eſt Britannis quædam verborum vox, quæ ſignificatione Hebræorum conjugationi Hithpael reſpondet, et actionem denotat reciprocam, vel, ut loquuntur Hebræi, hærentem in ſe, eamque vel veram vel ſimulatam. Et Britannice fit ab activo, præfixa præpoſitione *ym.* Gen. iii. 8. ויתחבא, ac *ymguddiaſant.* Sic *ymgynnal, ymattal,* ſuſtinere ſe, continere ſe. Sæpe mutuam ſignificat actionem, *ymgofleidio, ymgaru, ymwneuthur.* Aliquando frequentativam. *ymaros, ymofyn.* Ut התהלך, itavit, aliquando puram activam, ut apud Hebræos quæ non formantur ex Kal. ſed primaria ſunt.

Forma Paſſiva.

Unumquodque tempus paſſivum unam habet vocem indefinitam, tertiæ perſonæ ſingularis, quæ cuilibet perſonæ utriuſque numeri additur.

Sunt autem terminationes (*gobennyddiau*) paſſivorum, ut et activorum, quinque, *ir*, *id*, *wyd*, *aſid*, *er*.

Indicativus modus.

Præſens tempus.

Tempus præſens non habemus, ſed illud formamus per participium et verbum ſubſtantivum paſſivum.

yr ydys yn { *fy ngharu.* / *dy garu.* / *ei garu.* }

Plural. *yr ydys yn* { *ein caru.* / *eich caru.* / *eu caru.* }

De imperfecto conſule obliquos.

Perfectum.

Singul. *carwyd fi, ti, ef.*
Plural. *carwyd ni, chwi, hwynt.*
Vel poſito ante verbum pronomine, ſic,
Singular. *mi, ti, efe,* } *a gärwyd.*
Plural. *ni, chwi, hwy,* }

Et indefinite per tertiam perſonam et affixa, ſic,

Sing. *fe a* { *'m carwyd i,* / *'th garwyd ti,* / *'i carwyd ef.* }

Plur. *fe a* { *'n* / *'ch* / *'u* } *carwyd* { *ni.* / *chwi.* / *hwynt.* }

Et ſic triplici modo formari poſſunt omnia tempora paſſiva; quod ſemel monuiſſe ſufficiat.

Nonnulla hic interſerunt *p*, ut *gwnaethpwyd*, pro *gwnaethwyd*: *dywetpwyd*, pro *dywedwyd*. Et Demetæ, *dyweſpwyd*.

Sic, *claddpwyd*, *lladdpwyd*; pro *claddwyd*, *lladdwyd*.

Ni roddai borthmon llon llwyd,
Er ugeinpunt a ganpwyd, pro *a ganwyd*. D. G.

Sic *gwanpwyd* pro *gwanwyd*, apud Aneurin et F. G.

Fit etiam hoc tempus in *ed*, pro *wyd*, ut,

Angall yw y dyn nis del ei gred
Ar y gwr goreu a aned, pro *anwyd*. Ll. G.
Gwae ſi Griſt Celi caled o'm rhyſyg,
A rhyfedd i'm coſped, pro *coſpwyd*. D. G.
Gwae ni faint fu gri hell gred o'i drengi.
Gwae ſi is deri f'ais a dorred, pro *dorrwyd*. D. N.

Atque hanc terminationem approbare videntur participia hujus temporis quæ omnia fiunt in *edig*, *caredig*, *ganedig* *coſpedig*, *torredig*, a *cared*, *ganed*, *coſped*, *torred*.

Fit et in *ad*,

Pedwar angel Duw 'm mhlith a welad.
Pedwar maib Phulpod, llewod penllâd. L. G.

Et *llâs* pro *lladdwyd*, ut anomalum *cas*, et *caſas*, pro *caſwyd*, de quo poſtea,

Llas Arthur, llu a ſyrthiai,
Lluddiwyd nerth lladdwyd ei nai.

Et legitur *anydoedd* pro *anwyd*,

Y mab ydoedd
A anydoedd.
Dan ei nodau. B. F. G.

Plusquam perfectum, *carasid*, vel *caresid si* &c.

Futurum, *cerir si, ti, ef*, &c. Quod aliquando venit loco præsentis, ut,

Rhwyddach y cerir heddyw
Rhodd, a gwnai sodd, nag iawn syw.

Imperativus modus.

Carer, si, di, ef, &c.

Optatavus, Potentialis, et Subjunctivus.

Imperfectum, *cerid, si, di, ef*, &c.
Plusquam perfectum, *caresid, si, di*, &c.
Futurum, *carer, si*, &c.

Participia.

Caredig { *i ddyn*, amans homini.
gan ddyn, amatus ab homine.
dyn, amatus, vel dilectus hominis. }

Caradwy, amandus.

Participia in bilis et dus fiunt a radice præposito *by*, ut *byblyg, bygar, byddysc, byglod, byffordd, bygof.*

Aut *gwiw* vel { præposito, *gwiwglod, gwiwbarch.* postposito, *cariadwiw, clodwiw.* }

Impersonalia

Veniunt in tertia persona singulari verborum neutrorum, *edifarodd arnaf: chwithodd arnaf: synnodd arnaf.* Nescio an plura sint vere impersonalia. In reliquis, quæ apud Grammaticos

pro impersonalibus legis, sententia tota nominativus est. Item omnia verba passiva ad naturam impersonalium quam proxime accedunt. Utpote quæ in tertia solum persona veniunt.

Verbum Substantivum.

MAGNUS est hujus verbi apud Britannos usus, ad temporum personarumque deficientium supplendos defectus.

Indicativi modi

Tempus præsens.

Sing. *wyf*, sum; *wyt*, es; *yw*, *mae*, *oes*, *sydd*, et per apocopen *sy*, est.

Plural. *ym*, sumus; *ych*, estis; *ynt*, *maent*, sunt.

Et quasi duplicatum:

Sing. *ydwyf*, *ydwyt*, *ydyw*. Pl. *ydym*, *ydych*, *ydynt*.

Et poetice, sing. *yttwyf*, *yttwyt*, *yttyw*. Pl. *yttym*, *yttych*, *yttynt*.

Nad yttwyf yngboed Eutun. D. G.
Attyn negeswr yttwyf.
Tri nattur trwy hyn yttwyd. G. G.
A ddywetto lle'dd yttym,
Drwy Geri oll ydyw'r grym. L. G.

Secunda singularis est etiam *wyd*, *ydwyd*, *yttwyd*.

Ceiliog adeiniog wyd yn. G. G.

Tertia singularis quadruplex est, ut videtis.

Differentia hæc efto, *yw*, vel *ydyw* aliquando eft narrantis, et nominativo poftponitur, *Mi yw 'r win-wydden.*

Aliquando interrogantis, et præponitur. *Ydyw Duw 'n annrhugarog?*

Sydd vel *fy* ufurpatur cum nominativo emphatico, cui femper poftponitur, eftque narrantis,

Duw fy dda dwys ei ddial.

Et interrogantis, *Pwy fy ddoeth mewn pais o ddur?*

Et venit vel cum particula *y*,

Serch a rois ar chwaer efyllt,
Y fy waeth ym nâ faeth wyllt. T. A.
Y mae Eryr ym Meiriawn. O. G.

Vel fine *y*, ut

Mae'r goron ym mrig eryr.

Et femper antecedit, nunquam fuccedit.

Oes, eft interrogantis aut refpondentis, et femper præponitur. Et ufurpatur poft *a*, num; *os*, *od*, fi; *nid*, non; *onid*, nonne; *ond*, nifi; *nad*, quod non; *nac*, non, refpondentis: *a oes neb a wnel ddaioni. Os*, vel, *od oes neb a wnel ddaioni: onid*, vel *ond oes neb a wnel dd. Nac oes neb. Oes un Chrift. Mi a wn nad oes neb arall.*

Porro iftæ quatuor voces, ut perfonæ indefinitæ, omnibus utriufque numeri perfonis inferviunt. Et eft in verbo fubftantivo perfonæ indefinitæ ufus frequens, ut in fyntaxi patebit.

Secundam pluralem *ych*, *ydych*, et *yttych*,

Demetæ faciunt, *ywch, ydywch, yttywch*; et dixit poeta.

Cynnydd fydd cynneddfau ywch,
Cans lot i'r cwnsel yttywch. R. N.
Hir ddwedyd, rhoi ydd ydywch,
Yw coffau am bob cyff ywch. I. T.

Mae solum format tertiam personam pluralem, ut, *maent*, sunt: quasi *mae bwynt.*

Imperfectum.

Sing. *oeddwn, oeddit, oedd*, eram, eras, erat.
Plur. *oeddym, oeddych, oeddynt*, eramus, atis, ant.

Omnes personæ formantur a tertia sing. quasi radice, *oedd, oeddit, oeddwn*, &c.

Dicitur et *ydoedd.*

Et poetice, *yttoed, yttoeddit, yttoeddwn*, &c.

A phan yttoeddem, gem gu. D. G.

Secunda sing. *it* poetice mutatur in *yt, yd, ut, ud*, ut in verbis adjectivis est superius monitum. Pluralis etiam *y* fit per *e, oeddem, ech, ent.*

Perfectum.

Sing. *bum, buost, bu*, fui, fuisti, fuit.
Plur. *buom, buoch, buant*, vel *buont*, fuimus, fuistis, &c.

Et abjecto *t*,

Am na buon yn onest. H. D.

Tertia sing. est radix hujus temporis et sequentium omnium.

Prima ſing. eſt contracta a *buym* vel *buum*. Quibus interdum utuntur poetæ.

Pro *bum* dicit vulgus Demetarum, *buo*, fui.

Pluſquam perfectum.

Sing. *buaſwn*, *buaſit*, *ſai*, fueram, ras, rat.

Plur. *buaſem*, *buaſech ſent*; vel *bueſym*, *bueſych*, *bueſynt*, fueramus, fueratis, fuerant.

Futurum.

Sing. *byddaf*, *byddi*, *bydd*, ero, eris, erit.

Plur. *byddwn*, *byddwch*, *byddant*, erimus, eritis, erunt.

Radix eſt tertia ſingularis, *bydd*.

Ad hujus futuri formam, *cymmmyddi*, et *cymmydd*, a *cymmodi*,

Na chaffwyf drugaredd fry,
O chai' modd, o chymmyddy. D. G.

Et in imperativo,

Cymmydd â' th brydydd, ni bydd bâs. G. M.

Imperativus modus.

Sing. *bydd*, ſis; *bydded*, *boed*, *bid*; ſit.

Plur. *byddwn*, *wch*, *ant*; ut in futuro: ſitis, &c.

Si quis exiſtimet tertiam ſing. *bid*, fieri ab Anglico, *be it*, legat is velim odam ſecundam cantus quem compoſuit Gwalchmai Roderico ap Owain, ubi quater ſcriptum legitur vetuſtiſſimo charactere: et quæ Cyndelaus magnus, domino Rheſo

I'm na ſid oſid yngwenwynder.

Et quæ B. F. Ludovico ap Gruffydd ap Ll.

A bortho gofid bid bwylloccaf.

Et ante horum fecula Aneurin.

Hoc etiam oftendit compofitum *derfid* pro *darfydded,*

A fynno Duw derfid.

Optativus, Potentialis, et *Subjunctivus.*

Imperfectum.

Sing. *byddwn, byddit, byddai,* effem, es, et. Plur. *byddem, byddech, byddent*; vel *byddym, byddych, byddynt,* effemus, effetis, effent.

Et contracte, *bawn, bait, bai.* Plur. *baem, baech, baent*; et *beym, beych, beynt.*

Pam mai rhaid, o baid ynben,
Droi'r gwn i daro 'r gownen. G. O.
Pawb a debig pan ddigiwyf,
Pe bai ddyfg mai pibydd wyf. D. G.
O bai barawd y wawd wedn. D. G.

Hæc autem contractio fit abjecto *dd, bywn* pro *byddwn.* Unde euphoniæ gratia *bawn.*

Plufquam perfectum.

Sing. *buafwn, it, ai,* &c. ut in indicativo.

Futurum.

Sing. *byddwyf, byddych, byddo,* fuero, fueris, &c.

Plur. *byddom, byddoch, byddont,* fuerimus, &c.

Et *bythwyf, bythych, bytho.* Plur. *bythom, och, ont.*

Ni obeithiaf na bythwyf. W. Ll.
Doctor fyth dwg tra fythych. G. H.

Byth uwch dal lle bythò'ch dawn. H. K.

Et contracte, *bwyf, bych, bo.* Plur. *bom, boch, bont.*

Fit autem secunda sing. in *ech, byddech, bythech, bech.*

Infinitum.

Bod, esse. Quod et pro substantivo usurpatur: *bod*, mansio, habitatio, sedes: ut *Bod-Feugan, Bod-Idris, Bod-Rychwin. Haf-fod*, et contracte *Hafod.*

Vox Passiva.

Tertiam solummodo personam sing. habet per omnes modos et tempora, ut ante monitum est.

Indicativi

Præsens, *ydys*, poetæ, Demetæ et Powysiani, *ys*, poetæ etiam, *ydis.*

Imperfectum, *oeddid.*

Perfectum, *buwyd.*

Plusquamperfectum, *buasid* vel *buesid.*

Futurum, *byddir.*

Imperativus.

Bydder.

Er bod rhwng y dwfn ar bâs,
Bydder fel y bo addas.

Optativus, Potentialis et Subjunctivus.

Imperfectum, *byddid*; contracte, *beid.*

Plusquamperfectum, *buasid*, ut in indicat.

Futurum, *bydder*, et *byther*, contracte, *baer.*

Participium.

Participium formatur ab infinito, præfixa præpofitione, *yn bod,* exiftens.

Compofita a Verbo Subftantivo.

Henyw, cenyw, deryw, goryw.

Indicativi

PRÆSENS, *henyw, cenyw, deryw, goryw.* In tertia perfona fingulari tantummodo inveniuntur.

Mawrferch Ifor a'm goryw,
Mwy na ferch ar ordderch yw. D. G.
Arwydd mai hyn a oryw,
Aredig dyfgedig yw.
Ar y dyn a oryw dwyll. D. G.
Ger fy mron goryw fy mrâd. D. G.
Amcanodd, p'am y cenyw,
Neitio i'r bedd, antur ei byw. D. N.

Rarius in aliis perfonis,

Canwyf drwy ffeneftr wydrlen,
Gwynfyd gwyr oedd ganfod Gwen. D. G.
Gorwyf i'm gwiw-nwyf a'm gwedd,
Gorphwyll am ganwyll Gwynedd. D. G.
Am rwyf y darwyf ac neud areu. D. B.
Canoch fi p'am y cenynt,
Caeau Duw nad caead ynt. D. G.

Imperfectum.

Singular. { *Hanoeddwn.* *Hanoeddit.* *Hanoedd.*

Plural. { *Honoeddym.* *Hanoeddych.* *Hanoeddynt.*

Daroedd in hac ſola perſona legitur.

Ymddiried ym a ddaroedd,
Er hyn oll ſy rhiain oedd. D. G.

Goryw et *cenyw* hoc tempore carent.

Perfectum, ſing. *hanfum, hanfuoſt, hanfu,* et *hanbu.*

Plur. *hanfuom, hanfuoch, hanfuant.*

Sic, *darfum, gorfum, canfum.*

Pluſquamperfectum ſing. *hanfuaſwn, hanfuaſit, aſai.*

Plur. *hanfuaſem, haufuaſech, aſent.*

Et *hanfueſym, hanfueſych, eſynt.*

Sic, *darfuaſwn, gorfuaſwn, canfuaſwn.*

Futurum, ſing. *hanfyddaf, hanfyddi, henfydd* et *hanbydd.*

Plur. *hanfyddwn, hanfyddwch, hanfyddant.*

Et contracte ſing. *hanffaf, henffi, henffydd.*

Plur. *hanffwn henffwch, hanffant.*

Sic, *darfyddaf, darfyddi, derfydd.*

Plur. *darfyddwn,* &c.

Gorfyddaf, gorfyddi, gorfydd, &c.

Canfyddaf, confyddi, canfydd.

Imperativus.

Singular.
- Caret, *hanfydded.*
- *Cenfydd, cenfyddded.*
- Caret, *darfydded.*
- Caret, *gorfydded.*

Plural. *Han / Can / Dar / Gor* } *fyddom, och, ont.*

Et contracte *hanffed, hanffom, hanffoch, hanffont.* Pro ſecunda ſing. verbi *henyw*, utimur ſecunda ſing. futuri optativi, *hanfyddych*, et *hanffych*, et *hanbych*. Item pro *darfydded*, contracte *derfid.*

Optativus, Potentialis, et Subjunctivus.

Præſens.

Singular. *Han / Can / Dar / Gor* } *fyddwn, ddit, ddai.*

Plural. *Han / Can / Dar / Gor* } *fyddem, dech, dent.* vel *fyddym, ddych, ddynt.*

Contracte, *hanffwn, ffit, ffai.* Pl. *ffem, ffech, ffent.*

Et tertia ſing pro *darfyddai, gorfyddai*, dicitur.

Darffai, gorffai,
Gwae wlad oer gwilio derwen
y darffai i wynt dorri' phen. L. Mon.

Et aliquando per *th*, loco *dd*,

Os gwir fyth nis gorfythwn. G. G.

Pluſquam perfectum idem cum Indicativo.

Futurum.

Singular. { *Hanfyddwyf, ddych, ddo.* Plur. *ddom, ddoch, ddont.*
Et *hanffwyf, hanffych, hanffo.* Plur. *ffom, ffoch, ffont.*
Et *hanpwyf, pych,* &c.
Et *hanbwyf, bych,* &c. }

Sic *Canfyddwyf, ddych, ddo.* Plur. *ddom,* &c.
Darfyddwyf, ddych, &c.
Gorfyddwyf, ddych, &c.

Et contracte { *darffwyf* / *gorffwyf* } *ffych, ffo.* Pl. *ffom, ffoch, ffont.*

Tertia ſing. uſitatior eſt, *gorffo, darffo.*

Infinitivus.

Hanfod, et *hanffod,* quæ et pro ſubſtantivis uſurpantur, *canfod, darfod, gorfod.*

Vox Paſſiva.

Præſens et Imperfectum deſunt, præterquam *hanoeddid,* &c. ut in Optat.

Perfectum, *hanfuwyd, hanffwyd* et *hanpwyd.*
Darfuwyd, canfuwyd, gorfuwyd.

Futurum, *hanfyddir, hanffir.*
Canfyddir, darfyddir, gorfyddir.

Imperativus.

Hanfydder et *hanffer, canfydder* et *canffydder, darfydder* et *darffer, gorfydder* et *gorffer.*

Optativus, Potentialis, et Subjunctivus.

Imperfectum, *hanoeddid, hanfyddid* et *hanffid.*

Canfyddid, darfyddid, gorfyddid.

Plusquam perfectum, *hanfuasid, hanffasid.*

Canfuasid, darfuasid, gorfuasid.

Futurum, *hanfydder* et *hanffer, canfydder* et *canffydder, darfydder* et *darffer, gorfydder* et *gorffer.*

Cymmer di air Cymru deg.
A gair Ffraingc, lle gorffer och,
A gair Lloegr, y gwr lliwgoch. G. G.

Participia, *yn hanfod,* vel *hanffod, yn canfod, yn darfod, yn gorfod.*

Anomala.

De aeth, daeth, *et* gwnaeth.

VOCES istæ sunt tertiæ personæ singularis præteriti perfecti modi indicativi, et sunt radices, ex quibus, Hebræorum more, totum fabricatur conjugationis ædificium.

Singular.
3. *Aeth*, ivit ; *daeth*, venit ; *gwnaeth*, fecit.
2. *Aethost, daethost, gwnaethost,* ivisti, venisti, &c.
1. *Aethym, daethym, gwnaethym,* vel *euthym, deuthym, gwneuthym.*

Plural. { *Aeth* / *Daeth* / *Gwnaeth* } *om, och, ant,* et *ont.*

Pro *ym* primæ personæ sing. dicimus *um, aethum, daethum, gwnaethum.*

Et apud Demetas corrupte, *eutho, deutho, gwneutho.*

Veteres poetæ pro *aeth* dicebant *ethyw.*

Nef neud ethyw llyw llafn-rudd. B. F.

Et, *eddyw,*

Ac o Wynedd pan eddyw,
Ac wyr i haul awyr yw. D. G.

Sic Powyſianis *Y dydd eddyw,* h. e. *y dydd a aeth,* qui præteriit.

Et *eddwyd* pro *aethoſt,*

Cau a wnaf fy nynyn llwyd,
Y ddeuddwrn yr lle'dd eddwyd. D. G.

Et *ethwyf* pro *aethym,*

Ethwyf o wiwnwyf yn iach. D. G.

Deddyw pro *daeth,*

Deddyw o'i phen lw diddim. D. G.
Dafydd ei ddydd a ddeddyw. M. B.
Mawr anrhydedd a'm deddyw,
Mi a gâf o byddaf byw. D. G.

Et *dothyw,*

Gwell nà Nudd am fudd fu llyw a golled,
Ergyllaeth a'm dothyw. B. F.

Et *doddyw,*

Dolur gormodd a'm doddyw.

Et *dyfu* antiquitus.

Tri theyrn maon,
A ddyfu o Frython. Aneurin.
Dyfu brenhin lloegr yn llurygawg,
Cyd daeth ef nid aeth yn warthegawg. M. B.

Quod et in aliis et perſonis et temporibus uſurpatur, ut,

Dybuant i gyd i'r un orfedd,
I Frefi at Ddewi dda ei fuchedd. G. B.
Dyddeuant attaw a ddotter ym medd,
Dybwyf o'm camwedd, Duw a'm cymmer
Dybo i'm driſtyd cyn pryd pryder. Ll. F.

Pro *deuant, delwyf, delo.*

Et *dothwyf* pro *daethym,*
Atteb a ganaf a ganwyf, Arglwydd,
Erglyw fi can dothwyf. Cyndd.

Et *gwneddyw* pro *gwnaeth,*
Llwfr a rhyfedd y gwneddyw. D. G.
Di ymmynedd i'm gwneddyw. D. G.

Et *gwnaddoedd* pro *gwnaeth,*
Llys gwin ac emys ddigammoedd gyllid,
Och golli a'i gwnaddoedd. D. G.

Et *gorug,* et *goreu,*
Ei wayw a oreu yn ddeu hanner. E. G.
Y gwr a'n goreu maddeu medd-dawd. E. G.

Et *gorfu,*
Ef yn llwyr a'n gwyr, ef a'n gorfu,
Ef goreu gorwyrain a fu. E. S.

Et *gwneddwyf* pro *gwnaethym,*
Prydu i'th wedd a wneddwyf,
Prid yw'r ſwydd, pryderus wyf. D. G.

Eis, dois, gwneis, ſecundæ perſonæ et *eiſt, doiſt, gwneiſt,* tertiæ ſingularis ; balbutientium puerorum mera ſunt barbaries ; hoc ſolo nomine digna quæ inter Grammatica præcepta memorentur, quo nonnullorum puerilis damnetur imperitia. Nemo unquam poetarum aut oratorum his uti auſus eſt.

Incipit hiſce diebus naſci et alia barbaries ex prava imitatione *aethym, daethym, gwnaethym.* Ad quorum morem regularia irregulariter formant nonnulli, ut *cerſym* vel *careſym*, pro *cerais*; *ceuſym*, pro *ceſais*; *archeſym*, pro *erchais*. Sed hæc ſibilo digna ſunt.

Imperfectum et pluſquamperfectum vide in Optativo.

Futurum.

	1	2	3	
Singular.	*Âf*,	*ai* vel *ei*,	*â*.	
	Deuaf,	*deui*,	*daw*.	
	Dof,	*doi*,		vulgo.
	Dawaf,	*dewi*,		Demet.
	Gwnaf,	*gwnai*,	*gwna*.	
Plural.	*Awn*,	*ewch*,	*ânt*.	
	Deuwn,	*deuwch*,	*deuant*.	
	Down,	*dowch*,	*dont*,	vulgo.
	Dawn,	*dewch*,	*dawant*.	Demet.
	Gwnawn,	*gwnewch*,	*gwnânt*.	

Hwyr y rhof o dof i dir. D. G.

A *daw* apud veteres legitur compoſitum *dyddaw*.

Can dyddaw angeu angen drallawd. M. B.
Caru dyn nid dilys ogoned,
Can dyddaw ei fraw frwyn dynged. G. M.

Imperat.

<table>
<tr><td colspan="2">2 3
Dos, aed, eled et *elid.*</td><td rowspan="3">}</td></tr>
<tr><td colspan="2">*Gwna, gwnaed, gwneled* et *lid.*</td></tr>
<tr><td>*Dyred* et *dyre,*
Tyred et *tyre*</td><td>*deued, deled* et *delid.*
doed, vulgo.
dawed, Demet.</td></tr>
</table>

Plural. ut in futuro.

Dyre i'n gwlad dur iawn gledd. Iolo.

Doed wyr mownt ar deid i'r mor. R. L.

Nonnulli imperitiſſime, ſine ulla authoritate, ne vulgi quidem, ſic flectunt, *dos, doſed.* Plur. *doſwn, doſwch, doſant:* a quibus abhorret Grammatica.

Optativus, Potentialis, et Subjunctivus.

Imperfectum.

Sing. *awn, ait, ai.* Plur. *aem, aech, aent,* vel *eym, eych, eynt.*

Vel *elwn, elit, elai.* Plur. *elym, elych, elynt.*

Sic *gwnawn, gwnait, gwnai.* Plur. *gwnaem,* &c. vel *gwneym,* &c.

Vel *gwnelwn, lit, lai.* Plur. *gwnelym,* &c.

Et *deuwn, deuit, deuai.* Plur. *deuem,* &c.

Vel *delwn, delit, delai.* Plur. *delem,* &c.

Vel *Down* { *doit, doi.* Plur. *doem, doech, doent.*
dait, dai. Plur. *daem, daech, daent.*

Dawn, dewit, dawai. Plural. *dawem,* &c. Demet.

Uſurpantur autem *'m* et *'th* poſt ejuſmodi ſolum particulas. Videntur autem *'m*, *'th*, *'n*, *'ch*, cum nominibus præponuntur, fieri a *mau*, *tau*, *eich*, *ein*; cum verbis, a *mi*, *ti*, *ni*, *chwi*.

Cuncta vero iſta decurtata pronomina *'m*, *'th*, *'n*, *'ch*, *'i*, *'u*, &c. In conſtructione gaudent formis ſuorum integrorum, et in hunc qui ſequitur modum conſtruuntur.

'M, *'n*, *'ch*, cum forma primaria.

Ante nomina:
- poſt conjunctiones { *a*, *na*, *nâ* } *'m*, *'n*, *'ch*, *tad.*
- poſt præpoſitiones { *o*, *i*, *â* } *'m*, *'n*, *ch*, *tad.*

Ante verba et poſt adverbia { *a*, *ni*, *y*, *na* }
Et conjunctionem *o* } *'m*, *'n*, *'ch*, *carodd.*

Utuntur veteres *a'm*, ante verba pro *i'm*, de quo ſupra, ut,

Dolur gormodd a'm doddyw, pro *daeth i'm.*
Ceinion[t] *a'm rhoddes, lles ni'm llyſir.* Ll.B.H.

Eodem ſenſu aliquando et poſt alias particulas, ut,

Car[t] *a'm oedd,*[u] *ni'm oes.* G. M.
yngbyweithas nam ni'm bo ſyned. P. M. pro *Ni bo i'm ſyned.*

Ein et *eich*, poſt alias voces in vocalem deſinentes, libera ſunt, ut vel decurtentur, vel integræ maneant, ut,

Duw yw { *'n* vel *ein* / *'ch*, vel *eich* } *ceidwad.*

Ei m. g. *ei* f. g. et *eu* pl. poſt prædictas particulas, excepta *i*, abjiciunt *e*, et manet *'i*.

I ab *ei* m. g. ante nomina, poſt	*a, na*	*'i gar.*
	nâ, o	*'i dad.*
	a	*'i ben.*
I, m. g. et f. g. et *eu* pl. ante verba poſt	*a*	*a'i carodd.*
	na	*na'i carodd.*
	o	*o'i carodd.*

Poſt reliquas particulas ante verba non ponitur *'i*.

Pro *'u* plur. poſt iſtas particulas et ſcribitur et pronunciatur *'i*, ut, *a'i carodd*, pro *a'u carodd*, &c.

Sic, *a'i chấr, na'i chấr, nấ'i char, o'i char, ấ'i char.* Et *a'i cấr*, pro *a'u car, na'i car, o'i car*, &c.

'I, et *'u* poſt præpoſitionem *i*, vertuntur in *w*, ut,

[t] Pro *i'm.* [u] Pro *nid oes i'm.*

i'w pro *i ei* et *i eu* { *dad*, m. g. / *thad*, f. g. / *tad*, plur.

Sed Demetæ ante integra *ei* et *eu*, ipſi *i* adjiciunt *dd*, } *idd* { *ei dad*, m. g. / *ei thad*, f. g. / *eu tad*, plur.

Porro poſſeſſiva nominibus aut verbis præfixa, interdum pleonaſtice, ad emphaſim exprimendam, poſt ipſa nomina et verba repetunt propria primitiva, ut,

Fy nhad i, dy dad ti, ei thad hi, eich tad chwi, ein tad ni, eu tad hwy. Et

A'm carodd i, a'th garodd di, a'i carodd ef, &c.

A'n carodd ni, a'ch carodd chwi, a'i carodd hwynt.

Denique poſſeſſiva genere conveniunt, non cum poſſeſſo cui præfiguntur, ut Lat. et Gr. ſed cum poſſidente, ut affixa Heb. ut videre eſt in exemplis. Heb. אשתו, *ei wraig ef*, ubi affixum ו eſt m. g. quantumvis cum אשת, f. g. jungatur, quia ad virum poſſidentem refertur, non ad uxorem poſſeſſam. אישה, *ei gwr hi*, ubi affixum ה, junctum cum איש m. g. eſt generis fœm. quia ad uxorem poſſidentem pertinet. Et ſic Brit.

Interrogativa.

Interrogativa *pwy*, quis, quæ, perſonæ; et *pa* rei, utrique generi et numero junguntur, ut Hebræorum מי perſonæ, מה rei. Quis David? quis filius Jeſſe? 1 Sam. xxv. 10. *Pwy yw Dafydd? Pwy yw mab Ieſſe?* Quis (pro quæ-

nam) tu, filia mea? Ruth iii. 16. *Pwy wyt ti, fy merch?* Quis et quis (pro quinam et qui) exeuntes? Exod. x. 8. *Pwy a phwy a ânt allan?* מה, quæ forma ejus? 1 Sam. xxviii. 14. *Pa ddull fydd arno?* Quid homo, Psal. viii. 5. *Pa beth yw dyn? Ba wr ym-mhais Abram hen?*

Pa wyr a gawn yn llawn llythr?
Pwy draw ond pedwar ewythr? T. A.

Differentia utriusque est, quod *pa* semper substantivum habet adjunctum, *pwy* nunquam.

Hæc ubi nominibus postponuntur, genitivum possidentis denotant, ut מי et מה Heb. Bovem מי cujus accepi? 1 Sam. xii. 3. *ych pwy a gymmerais?* Filius מי cujus tu? 1 Sam. xvii. 58. *Mab i bwy wyt ti?* Filia מי cujus tu? Gen. xxiv. 23. *Merch pwy wyt ti?* Veniunt autem hæc et similia, in forma constructa loco absolutæ,

Ba wr ym-mhais Abram hen
Bob mis fal be bai Moesen? T. A.

Junguntur autem pronomina cum adverbiis ut substantivis, ut Heb. עתה זה, nunc hoc. 1 Reg. xvii. 24. *yn awr hyn*[x]: sic 2 Reg. v. 22.

[x] Hodie scribitur *yn awr wrth hyn.* Ed.

Affixorum ſeu Conjunctorum Pronominum ſtructura.

AFFIXA apud Britann. ſunt 13. viz.

af, *yf*, *of*,	A ſuo integro	*fi*, ego.
at, *yt*, *ot*,		*ti*, tu.
om, *ym*,		*ni*, nos.
och, *ych*,		*chwi*, vos.
ynt,		*hwynt*, illi, æ, a.
o vel *aw*,		*efo*, ille, illud.
i,		*hi*, illa, f. g.

Hæc autem cum ſolis conſtruuntur præpoſitionibus: ut Hebræorum præpoſitiones fere omnes affixa recipiunt.

Quo vero eorum affigendorum artificium clarius proponatur ediſcendum, neceſſe erit ut affixa in tres claſſes reducamus, ut,

		Claſſis.			
		1	2	3	perſonæ.
A	*fi*, ego	*Af*	*yf*	*of*	1. ſing.
	ni, nos	*om*	*ym*	*om*	1. plur.
	ti, tu	*at*	*yt*	*ot*	2. ſing.
	chwi, vos	*och*	*ych*	*och*	2. plur.
ſunt	*efo*, ipſe	*o* vel *aw*	*o* vel *aw*	*o* vel *aw*	3. ſing. m. g.
	hi, ipſa	*i*	*i*	*i*	3. ſing. f. g.
	hwynt, illi	*ynt*	*ynt*	*ynt*	3. plur.

Tria poſtrema affixa, *o* vel *aw*, *i*, et *ynt*, docendi gratia, in ſingulis claſſibus collocavimus, *om* et *och* in prima et tertia, ita ut in unaquaque claſſe ſeptem ſint.

Affixis primæ claſſis junguntur præpoſitiones, *tan*, ſub, ſubter, infra, ut,

Tanaf, *tanom*, *tanat*, *tanoch*, *tano* vel *tanaw*, *tani*, *tanynt*. Quæ ſæpius occurrunt in forma conſtructa, *danaf*, *danom*, &c. Et aliquando præpoſito *y*, *ydano*, &c.

Y deau bid byd y bo,
A dwy Wynedd y dano. L. G.

Ar, ſuper, ſed cum *n* epenthetico, ut *arnaf*, *arnom*, *arnat*, *arnoch*, *arno* vel *arnaw*, *arni*, *arnynt*.

Ut et Hebræi ante affixa paſſim ponunt נ epentheticon, ut יעברנהו, Jer. v. ימצאונה, Jer. ii. יקראנני, Prov. i. ישפהונך, Pſal. iii.

Veteres pro *arnynt* dicebant *arnaddynt*, ut Lat. induperator pro imperator. [y] Omnis cura viris uter eſſet induperator, &c.

At, duplicato *t*, *attaf*, *attom*, *attat*, *attoch*, *atto* vel *attaw*, *atti*, *attynt*.

Am, interpoſito *dan*, *amdanaf*, *amdanom*, *amdanat*, *amdanoch*, *amdano* vel *amdanaw*, *amdani*, *amdanynt*.

Powyſiani pro *amdani* dicunt *amdeni*.

Affixis ſecundæ claſſis junguntur,

Wrth, *wrthyf*, *wrthym*, *wrthych*, *wrtho* vel *wrthaw*, *wrthi*, *wrthynt*.

Can et *gan*, mutato *a* in *e*, et in quatuor prioribus duplicato *n*, *cennyf*, *cennym*, *cennyt*, *cennych*.

In tribus poſterioribus inſerto *th*, *cantho* vel *canthaw*, *canthi*, *canthynt*.

Vel pro *th*, *dd*, *ganddo*, *ganddi*, *ganddynt*.

[y] Ennius.

Nam quæ habent *dd*, ſæpius veniunt cum *g*, quam cum *c*.

Poetice pro *th*, et *dd*, venit *t*, ut,

Troi uwch gwynt tyweirch gantaw.
Torchi gwraidd tywyrch a gro
I'r gwynt, ai i'r wybr ganto. L. Mor.
A gwynt nordd mae gantyn waith. D. Ll.

Tertiæ claſſis affixis junguntur,

yn, er, heb, tros, rhag. Idque pure et ſimpliciter quatuor prioribus, ut *ynof, ynom, ynot, ynoch: erof, erom, erot, eroch: troſof, troſom, troſot, troſoch.* Et ſæpius per *d*, *droſof*, &c.

A'r llall heb gof droſof draw. W. Ll.

Rhagof, rhagom, rhagot rhagoch.

Tribus poſtremis ſic,

Poſt *yn*, inſerto promiſcue vel *th*, vel *dd*, ut *yntho* vel *ynddo*, *ynthi* vel *ynddi*, *ynthynt* vel *ynddynt*.

Et poetice *t*, vel *d*, pro *th*, vel *dd*, ut,

ynto vel *yndo.*
ynti vel *yndi.*
Cabla dy fro dda i'm gwydd i,
A'th randir, a thro yndi. L. G.
O undeb, enaid yndi. I. G.
Seintwar o thorres ynti,
Ni thyrr dyn ddim o'th air di. O. Ll,

Non tamen dicitur *yntynt*, vel *yndynt*.

Er, heb, rhag, inſerto *dd*, ut *erddo, erddi, erddynt: hebddo, hebddi, hebddynt: rhagddo, rhagddi, rhagddynt.*

Tros inſerto *t*, *troſto, troſti troſtynt.*

Rhwng, mutato *w* in *y*, et quatuor prioribus pure, *rhyngof*, *rhyngom*, *rhyngot*, *rhyngoch*: et contracte, *rhof*, *rhom*, *rhod*, *rhoch*, ut

Dyro, mwy i'th bryderir,
Rhod a'r cadarn bayarn hir. G. I. H.
Rhowch groes rhoch a gwyr isod. L. Mon.
Cymmer reswm, trwm bod rhoch,
A dod reswm da drósoch. T. A.

Et præfixo *y*,

Ond na ddylit ddilëu
y rhwym fyth y rhom a fu. D. G.
Dau ychenaid a roesom
A dorrai'r rhwym dur y rhom. D. G.
Rhwym y glud y rhom o glwyf. D. G.

Tribus postremis inserto *th*, vel *dd*, ut *rhyngtho*, *rhyngthi*, *rhyngthynt*. Et *rhyngddo*, *rhyngddi*, *rhyngddynt*.

Hyd, mutato *y* in *y*, quatuor prioribus pure, ut, *hydof*, *hydom dydot*, *hydoch*, et præposito *ar*, *ar hydof*, *ar hydom*, *ar hydot*, *ar hydoch*.

Tribus posterioribus inserto *dd*, ut, *hyd-ddo*, *hyd-ddi*, *hyd-ddynt*. Et cum *ar*, *ar hyd-ddo*, *ar hyd-ddi*, *ar hyd-ddynt*.

O, interposito *hon*, vel *han*, ut, *o honof*, *o honom*, *o honot*, *o honoch*, *o hono*, *o honi*, *o honynt*, et apud veteres, *onaddynt*, et *o hanof*, *o hanom*, *o hanot*, *o hanoch*, *o hano*, *o hani*, et alicubi, *o heni*, *o hanynt*.

I, tribus postremis tantum, idque interposito *dd*, ut *iddo*, *iddi*, *iddynt*.

Trwy, quatuor prioribus, abjecto *y*, ut *trwof*,

trwom, trwot, trwoch. Et ſæpius per *d, drwof, drwom,* &c.

Tribus poſtremis, inſerto *dd,* ut, *trwyddo, trwyddi, trwyddynt.*

Trwyddew ſerch trwyddo y ſydd. G. Gr.

Huic claſſi etiam præfigitur pronomen poſſeſſivum generale, *eiddo,* abjecto *o,* ut *eiddof, eiddom, eiddot, eiddoch, eiddo* vel *eiddaw, eiddi, eiddynt.*

Poetice, *einwyd* pro *eiddot,*

Pa wylofain yw 'r einwyd?
Pa le 'r ai, pa wylo 'r wyd? H. R.

Einym pro *eiddom,*

Calennig yw 'r coel einym,
Cyfrwy ſyth cyfarwys ym'. R. P.
Medd y ddwy Wynedd einym,
Da yw a gatwo Duw ym'. Iolo.
Pand da yw 'r ty yma ym?
Pand hwn yw 'r penty einym? L. G.

Et *einwch* pro *eiddoch,*

Chwi fawr-wyr i fawr-wr gwyſtlwch,
Ef a ddaw i ddwyn yr einwch. P. M.

Hoc autem pronomen omnibus nominibus poſſeſſive adjungitur, ſequente forma primaria, juxta regulas adjungendorum ſubſtantivorum, *eiddo Duw, eiddo dyn, eiddo da, eiddo drwg.* Omnibus autem affixis ad emphaſim exprimendam, pleonaſtice adduntur integra ſua pronomina, ut *arnaf fi,* vel *arnafi; troſot ti,* vel *troſoti; yntho ef, rhyngoch chwi, ynot ti,* vel *ynoti; erddynt hwy, hebddi hi, troſti hi.*

Quibus adjicitur aliquando et *au*, juxta rationem ſupra poſitam, ut *arnaſinnau*, *troſot tithau*, *ynochwithau*, *erddynt hwythau*, *hebddi hithau*, &c.

Denique omnia affixa in *t*, præcedente vocali, deſinentia, ipſum *t* mutant in *d*, ut,

Dug oddiarnad werth cadwyn. I. F.
Attad yr ân i'r gadair. G. I. H.
y cadarn a'i bwrw arnad,
y dyn gwan, pond yno y gâd? Idem.
Gras Arthur a'i groes wrthyd,
Ai lys, a'i gadlys i gyd. Iolo.
Fy mrawd, mi a roddais fy mryd
Ar ddau genau oedd gennyd. G. I. H.

Pro *od*, dicitur *awd*,

Ni ddwg neb ceiniad nâg o honawd
yn awen gyfrif cynnif draethawd. M. B.

Affixum *om*, veteres faciebant in *am*,

Pe gwelſid, gyfnewid gam,
Ail gwrneidr olwg arnam. O. Ll. M.
yn lle bwrw, enllib eiriau,
Arnam enw dinam ein dau. D. G.
Ni bydd ry gadarn arnam,
Ni thyrr hawl gynnedfawl gam. Iolo.

Et vetuſtiores in *ain*,

Gnawd attan y daw a rhuddaur o'i law,
A rhuddfeirch y danan.
Gnawd i ni Rhi rhuddfeirch o faran,
A rhoddi rhudd-wiſc am danan. Cyndd.
Dywallaw attan ran o'th radau. E. G.

I veteres faciebant in *ai*, *arnai* pro *arni*; *attai*, pro *atti*; ut,

Pa wladwr arwr ar wyndai,
Pa wledig a wledych arnai. Cyndd. de Venedotia.
Hawdd gweled goleulofc [z] *arnai,*
O'r gaer wen ger ymyl Menai. H. O.
Crwydr arnai giccai geg-bir. D. G.
Tywyllban mur fongan Mai,
Tew ir-nen rhad Duw arnai. D. G.
Seithffrwd aig, trywan-wraig trai,
Saig nawton a'i fugn attai. D. G.
A'm dylud o'r wydd lud lai,
A'm dunuftr a'm bwrw danai. D. G.

O in *aw,*
Gweled drych y mae 'n gwlad draw,
Gwyl Gwent ei golwg yntaw. G. G.
Bwrw faeth drom o'r brafwaith draw,
Bwrw ftondardd a'm breft yndaw. T. A.

Omnia in *nt* abjiciunt *t,*
Ac er bod diwrnod arnun,
Dafg a gwaith, nid yfgog un. L. G.
Gwn mai un onaddun oedd. G. G.
Mynnwch eich heddwch eich hun,
A mynnwch heddwch iddun. D. M. T.

Verborum ftructura.

NOMINATIVÆ voces verbis præponuntur interpofito affirmandi adverbio *a,* quod quidem *a* facit verbum effe formæ mollis, ut,

[z] *Rhuddlan.*

Mi a garaf, ti a geri, efe a gâr.
Ni a garwn, chwi a gerwch, hwy a garant.

Pro illo tamen *a*, Demetæ dicunt *y*, ut,

Mi y garaf, ti y geri, chwi y gerwch, &c.

Sin pars ſententiæ ante vocem nominativam ſit ponenda, tunc verbum præcedit in forma abſoluta, præfixo adverbio affirmandi *y* ante conſonam, *yr* vel *ydd* Demetarum, ante vocalem; nominativus ſequitur, ut,

Ini y gwnaeth Duw 'r byd.
I mi yr addawodd.

Verbo ſubſtantivo nunquam præfigitur *a*, ſed ſemper *y*,

Y mae Duw 'n y nef,
Duw y ſydd dda.

Dixit tamen ille,

Emrys yn y maes a wyf. L. G.

Pro *y* veteres *yd*,

Hir yd goffeir a goffaaf. D. B. pro *y coffeir.*

Na'r tribael baelach yd gaffad. D. B. pro *y caffad.*

Sed ante verbum ſubſtantivum plerumque omittitur *y*, ut,

Mae 'r goron ym mrig eryr.
Mae 'm mryd y corph mau 'mrawd cu.
Duw ſy dda, dwys ei ddial.
Duw ſydd a dewis iddaw.

Si a verbo incipienda ſit oratio, ipſi verbo plerumque anteponitur adverbium *e*, ut

E wnaeth y frân ei nyth fry.

Quæ ſi convertatur, et primo loco ponatur vox accuſativa, tum ante verbum ponetur *a*, ut,

Ei nyth fry a wnaeth y frân.

Quando nomen integrum præcedit verbum integrum, non intercedente adverbio *a*, iſtud nomen abſolute ponitur, et in verbo intelligitur nominativus pronominis, ut,

Duw, gwnaeth, pro *Duw a wnaeth.*

Deus, ipſe fecit, pro Deus fecit.

Duw, efe a wnaeth.

Duw hen, dug Edwart frenhin.

Si pronomina contracta, *'m, 'n, 'ch, 'i, 'u*, intercedant inter adverbium, *a*, vel *y*, et verbum, tunc verbum ſequens erit formæ primariæ, ut,

Ti a'm ceraiſt, mawr y'm carodd, Duw a'n gwnaeth, Duw a'ch prynodd: mi a'i caraf, mi a'u (vel *a'i*) *caraf.*

At poſt *'th* verbum ſemper erit formæ mollis, *mi a'th gerais, mawr y'th garodd*, &c.

Vox nominativa poſt verbum tertiæ perſonæ in *ai*, poſita, promiſcue venit in forma vel primaria vel molli, ut,

E wnai { *Duw* / *Dduw* } *ddyn.*

Collectiva nomina, ut apud Græcos, Latinos, et Heb. ita et apud Brit. promiſcuam habent ſyntaxin, junguntur que ſine diſcrimine verbis tam ſingular. quam pluralibus, ut,

y bobl a ſymmud { *odd.* / *aſant.* }

Sic et duo nomina propria, ut

Petr ac Ioan { *aeth* / *aethant* } *i'r deml.*

Omnia verba adjectiva voces ſequentes accuſativas faciunt eſſe formæ mollis, ut,

Duw a wnaeth ddyn.

Imo etiamſi nominativus intercedat,

E wna gwr fwy nag arall.

At infinita et paſſiva poſt ſe habent voces primarias, ut,

Ofni Duw yn fwy nâ dim.

Ofner duw yn fwy nâ 'r dyn.

Niſi aliquid interjiciatur, et tunc erunt formæ mollis, ut *bwriadu i ti ddrwg*, pro *bwriadu drwg i ti*; *bwriader i ti ddrwg*, pro *bwriader drwg i ti.*

Si tamen inter accuſativum et verbum veniat vox, quæ ſua natura aliam formam poſtulat, tunc accuſativus erit formæ quam vox illa requirit, ut,

Ef a wnaeth ei fâb / *Hi a wnaeth ei mab* } *yn wr.*

Mi a gaf fy mherchi.

Hi a gaiff ei pharch.

Chwi a gewch y glod a haeddoch.

Ni a gawn y parch a haeddom.

Interdum tamen loco formæ conſtructæ venit poſt verbum forma abſoluta, ut et apud Heb. ut,

Duw a wnaeth ar draeth dirus

Dyn a phob peth daionus. S. T.

Cum præpoſitione *o*, veniunt nomina poſt

verba implendi, *llenwi yſcubor o yd:* quæ et cum *ag* et *â*, *llenwi lleſtr â gwin.*

Abundandi, *amlhau o dda, cyfoethogi o dda.*

Utendi, *arfer o ſynwyr.*

Accuſandi, *cyhuddo dyn o ladrad.*

Diſtandi, *cilia oddi yma, oddiwrthyf, o'th le.*

Cum *â* vel *ag* veniunt verba.

Onerandi, *llwytho ag aur, ag arian, a thryſor.*

Conſentiendi, *cyttuna â'th elyn: cyfranna â'r tlawd:* et contraria, *ymladd â dau.*

Nomina quæ habent ſignificationem inſtrumenti,

Taro â chleddyf, â ffon.

Pretii cum *er*, *Gwerthu er punt: prynu er tair.*

Merendi, veniunt cum *ar*, *haeddu ar ddyn.*

Accipiendi et auferendi cum *gan*, *cymer gan Ioan: clywais hyn gan Dd: prynais gan Ithel.*

Rogandi cum *i*, vel *gan*, *arch iddo, gofyn iddo, erchais ganddo, gofynnais ganddo.*

Affectus animi ſignificantia cum *wrth*, *digio wrth Ioan, trugarhau, creuloni, ffromi, chwyddo, afrywiogi, ſorri, wrth ei gydymaith.*

Vocandi cum *ar*, *galw ar Ioan, llefain ar Hywel, gweiddi ar Ithel, cyfarth ar y lleuad.*

Eodem modo quo verbum קרא apud Hebræos venit cum præpoſitione אל.

Verbum *gwrando*, auſcultare, plerumque eſt cum *ar*, ut Heb. שמע cum ב vel ל, *gwrando arnaf o Dduw.*

At hoc, et vocandi verbum ſæpe habent poſt

ſe vocem accuſativam. *Galw Ithel. Gwrando ſi.* Ut Hebraice conſtruitur, את־קלך שמעתי et כי שמעת לקל אשתך.

Tertia perſona ſing. omnium temporum, indefinite de quacunque dicitur perſona, ut ſupra eſt monitum, præcipue ſi nominativus ſit emphaticus. Cujus ſtructuræ uſus in yerbo ſubſtantivo eſt frequentiſſimus, ut,

Ai ti yw brenhin yr Iuddewon? Mi yw 'r winwydden, a chwithau yw 'r canghennau.

Gwyr a wna gwr yn wrol,
Gwr a wna gwyr yn ei ol.
Aed y traed hyd atto 'r wyl. G. G.
Mi a eirch yt y march hwn. I. T.
Dynion a wna dau wyneb.
Di a gynnull yn deg uniawn. G. G.
Minneu a'm gwawd tafawd da
Am ei eſcair a'i myſca.

Sic et apud Heb. et fuit tonitrua et fulgura, Exod. xix. 16. *A bu taranau a mellt.* יהי מארות, Gen. i. 14. *Bydded goleuadau.* Filiæ incedebat, Gen. xlix. 22. *Merched a aeth.* Caligaverat oculi ejus, 1 Sam. iv. 15. *Ei lygaid ef a dywyllaſai.* Lætare ſterilis quæ non peperit, Eſa. liv. *Llawenha di y ddieppil, yr hon nid eſcorodd*, et ſæpiſſime.

Quæ nomina ſtatum aut qualitatem rei aut perſonæ deſignant, poſt verba ſubſtantiva, et poſt *aeth, daeth, gwnaeth, galw, clywed, gweled, barnu*, et ſimilia, conſtruuntur in forma molli cum præpoſitione *yn*: ut apud Heb. poſt verba

ſubſtantiva cum ל. Ipſe erit in caput, et tu eris in caudam, Deut. xxviii. 44. *Efe a fydd yn ben, a thitheu a fyddi yn gynffon.* Tu eris illi in os, et ille erit tibi in Deum, Exod. iv. 16. *Ti a fyddi iddo ef yn enau, ac yntau fydd i ti yn Dduw.* Erunt duo in carnem unam, Gen. ii. 24. *Hwy eill dau fyddant yn un cnawd.* Sic et N. T. εἰς μίαν σάρκα, Matt. xix. 5.

Eadem ratione et converſionem exprimimus, ut et Heb. Et fuit in ſerpentem, Exod. iv. 3. *A hi a aeth yn ſarph.* Fuit in virgam, verſ. 4. *Hi a aeth yn wialen.* Aquæ erunt in ſanguinem, Exod. iv. 9. *y dyfroedd fyddant yn waed.*

Nec ſubſtantiva ſolum ſed et adjectiva ſic conſtruuntur, ut, *mi a'th wnaf yn ddoeth, yn ddyſcedig, yn gyfoethog,* &c. Faciam te (in) doctum, &c.

Sic aliquando etiam diſtributionem denotamus, *hwy a las, yn wr, yn wraig, yn fychan, yn fawr, yn ddrwg, yn dda,* &c.

Interrogationibus temporis præſentis, reſpondetur per idem tempus ejuſdem verbi, *A weli di hyn? gwelaf. Wyt ti yn clywed? wyf. A geri di fi? caraf.*

Interrogationibus præteriti temporis, ſi in verbo ſit emphaſis, reſpondetur aut per idem verbi tempus, aut per adverbium, *do,* imo, etiam, ita, ut,

A geraiſt di hyn? cerais, vel *do.*

Sin emphaſis ſit in nominativo, tunc reſpon-

detur per *ie*, immo, etiam, ita. *Ai hwn a geraist? ie.*

Interrogationibus futuri temporis reſpondetur aut per idem tempus, aut per futurum *gwnaf*, faciam, ut *a geri di? caraf*, vel *gwnaf*.

Abſoluti ſenſus, qui Latine per ablativum abſolutum, vel per particulas cum, vel, ut, verbo adjunctas, efferuntur, Britannice per conjunctionem et modum verbi infinitum fiunt, *a mi yn dyfod*, me veniente, cum venirem. Vel tacito infinito, *a ni yno.*

Articulorum ſtructura.

VOCES maſculinæ et neutræ præfixo articulo erunt formæ primariæ, fœmininæ formæ mollis, ut,

y gwr. m. g. *y wraig.* f. g.
y da. m. g. *y dda.* f. g.

yr vocalibus, *y* conſonantibus præfigi debere, ante monuimus.

Nomina propria non habent articulos, ut nec apud Hebræos. Apud veteres tamen paſſim dicitur, *y Cynon*, *y Giwn.*

Quos et nos in quibuſdam imitamur,

yr Ieſu, *yr Iorddonen.*

Articulus non præfigitur priori duorum ſubſtantivorum ſimul poſitorum, quorum poſterius poſſeſſive regitur a priori; ſive poſterius illud

veniat cum articulo ſive non, *brenhin yr Iuddewon, ty Dduw.*

Ut nec apud Heb. præponitur conſtructis. Eſt enim alterum nomen alterius declaratio et notificatio, nec articulo notificativo opus habet. Ait R. David K.

Et propria nomina per ſe notificativa ſunt.

Adverbiorum ſtructura.

NA, ni, o na, ante verba ſecundæ claſſis, ſcil. radicalium *b, d, g*, et *ll, m, rh*, ipſa verba faciunt mollia, ut, *na fwytta, ni ddywaid, o na wneit*, &c.

Excipias verba ſubſtantiva quæ promiſcue vel mollia fiunt, vel primaria manent, ut,

Ni beiddiaf dy rybuddiaw. D. G.
Ni beiddiaf, ni bu addas,
Ganu dy gerdd gan dy gas. I. F.
Ni feiddiaf rhag anfoddau.

Sic ante quælibet verba, apud poetas,

Ni metha larwm Mathae. G. G.
Ni mynnem am ei einioes. D. E.
Pam ar fonedd a gwedd gwiw
Brawd iarll na bwrid eurlliw?

Verba primæ claſſis, ſc. radicum, *c, p, t*, aſpera faciunt, ut *na char, ni phar, o na thawit.*

Ni's, na's, ante primaria ponuntur, ut *ys* unde fiunt.

Nac, nad, nid, ante vocales ſemper.

A interrogandi mollia facit verba ſequentia, ut, *a fu ddyn drymmach ei ſyd?*

Sic *a* affirmandi, ut dictum eſt in verbis: niſi intercedat pronomen, et tunc verbum regitur a pronomine, ut,

Beth a'm pair yn ddiwairiach
Nâ neb, a minnau yn iach?

Y primariam formam poſtulat, et ponitur ante conſonas, *yr, ydd,* ante vocales.

ys primariis præfigitur et conſonis et vocalibus, *mal, megis, meis, ſel, ſal, ſegis,* primariis.

Myn et *ym,* jurandi, primariis.

Braidd et *prin,* ante verbum, habent inter ſe et verba in affirmationibus, *y, prin y dug o'r pren degwm.*

In negationibus, *na, braidd na lithrais.*

Cum nominibus compoſita mollem formam requirunt: ut *braidd gyfwrdd, braidd gof.*

Wele, nycha, llymma, llyna, dyfry, dobry, dymma, dyna, daccw ſyrn, ſwrn, taran, habent poſt ſe mollia.

Sic *diſo, ducho,* ſi quis uti velit.

Multiplicatæ negationes nobis ſunt cum Heb. et Græcis communes המבלי אין, &c. An quia non ſepulchra in Ægypto. *Ai am nad oedd dim beddau yn yr Aipht?* Græc. οὐ μὴ, οὐκ οὐδέν.

Interjectiones omnes ante nomina formam poſtulant mollem, utpote quæ inſtar, vocativi eſt,

Ha elyn, dyred wr.

Ante verba primariam.

Cum dicimus, *o Duw*, et ſimilia, *o* per ſe ponitur, *Duw* abſolute, q. d. *o, Duw.*

Conjunctionum ſtructura.

MOR, et *cyn*, vocum a *ll* et *rh* incipientium, formam primariam habent, *cyn llyſned, cyn rhydded*; *mor rhydd, mor llyſn.*

Aliarum omnium mollem, ut

Mor deg, cyn decced, mor berffaith.

Primariam habent, *er, po, nes, namyn, onid, ond, os, od, or* Demetarum, *taw, eithr, etto, ai, onis, mai, pe, pes.*

Ped ante vocales ponitur.

At verbi ſubſtantivi formæ molli præfigitur, *ped fyddwn, ped fyddit, ped fyddai*, &c.

Ped fuaſwn, ped fuaſit, ped fuaſai, &c.

Quæ in unam quaſi dictionem coaleſcunt, ſic,

Sing. *pettwn, pettit, pettai.* Plur. *pettym, pettych, ynt.*

Sing. *pettaſwn, aſit, aſai.* Plur. *pettaſem, aſech, aſent.*

Mollem requirunt *neu, am, pan.*

Aſpiratam, *a, na, oni.*

Oni tamen aliquando primariam,

Oni myn un am enaid,
ymroi i Syr Rys, marw ſy raid. **T. A.**

O primariam et aſperam promiſcue.

Præpoſitionum ſtructura.

PRIMARIAM regunt, *er, amgylch, erbyn, ger, ger bron, ger llaw, cyn, er ys, es, rhag, rhwng*: et *yn* ante verba infinita, et radices *ll, rh.*

Mollem, *am, ar, at, i, o, wrth, heb, tan, tros, trwy, can, gan, uch, is.*

Aſpiratam, *a, tua, gyda.*

Primariam et mollem promiſcue, *hyd.*

yn, cum nominibus adjungitur in ſignificatione caſus ablativi, habet formam liquidam, ſuumque *n* mutat in liquidam ſequentis dictionis, ut,

Canol, yng-nghanol, et brevitatis gratia, *ynghanol*; *pen, ym mhen*; *ty, yn-nhy*; *bara, ymmara*; *Duw, yn-Nuw*; *gwr, yng-ngwr*, et brevius, *yngwr.*

Ab his autem aliquando per apoſtrophen abjicitur *y* initiale, ut et ab integro *yn*,

Ewin y mab a wna'm Mon. G. G.

Cum qualitatem, ſtatum, aut converſionem rei denotat, aut diſtributive ponitur, ut dictum eſt ſupra, quaſi in ſignificatione accuſativi venit, et habet formam mollem, ut,

Factus eſt in regem. Heb. *ef a wnaed yn frenhin.*

Accepit eam in uxorem. Heb. *ef a'i cymmerth hi yn wraig.*

Porro præpoſitiones inter ſe invicem componuntur, ut, *o*, addita ephenthetica ſyllaba, *ddi*, componitur cum præpoſitionibus,

Ar, oddi ar, desuper; Heb. מעל.

Amgylch, oddiamgylch; Heb. מסביב, de circa.

Ger bron, oddi ger bron; Heb. מלפני, a coram.

Rhwng, oddi rhwng; Heb. מבין, de inter, ab inter.

Am, oddiam.

Wrth, oddiwrth; *oddi gyda*; Heb. מעים.

Tan, oddi tan; Heb. מתחת, de subter, de infra.

Tros, oddi tros; Heb. מעבר, de ultra.

Trwy, oddi trwy.

Gan, oddi gan.

Sic, *i fynu, i wared.*

Eadem ratione componuntur et cum adverbiis loci, *oddi yma, oddi yna, odducho,* e supra; *oddiso,* ab infra; *oddifry, oddiobry, oddi draw, oddi arnodd, oddi tanodd,* &c.

Quorum nonnulla interdum occurrunt sine *dd,* et pro *odd* faciunt *add,*

Blew du fal dwbled y wadd,
Brig cyrn yn barc o iarnadd. O. Ll. M.

Eodem modo et apud Heb. tum adverbia tum præpositiones constant partim ex integris dictionibus, partim ex compositis servilibus, ut,

De post oves, 2 Sam. vii. 8. *Oddiar ol y defaid.*

מעמנו, *oddiwrthym,* Gen. xxvi. 16.

Auxilium meum a cum domino, Psal. cxxi. 2. *Oddiwrth yr Arglwydd.*

מאתי, a cum me, 1 Reg. xx. 36. *Oddi gydâ myfi.*

Ab intra, Cant. iv. 1. *Oddi mewn.*

De extra, Lev. iv. 12. *Oddi allan.*

De ſuper vobis, 1 Sam. vi. 5. *Oddi arnoch chwi.*

Sic et aliquando Lat. de ſubito; de repente; de procul; a foris.

Sæpe vero pleonaſticos plures coacervantur particulæ, ut apud Heb.

מתחת לארץ, *oddi tan i'r ddaiar.*

Sic *oddiſewn i'r ty*; *oddi allan i'r eglwys*; *o'r tu hwnt i'r afon*; *or tu yma i'r dref*, &c.

De ſtructura Præpoſitionum quæ in compoſitione tantum veniunt.

A, componitur cum forma aſpera, ut,

Athriſt, achluſt, achwlm, achwyn.

Hæc quæ ſequuntur, cum molli, *add, addfwyn, addfain.*

Am, amgylch, amdo.

Et compoſita cum *dy*,

Damgylchynu.

Ar, arhennig, ardderchawg, arwerthu, ardymmheru.

Ad, adfywio.

Dad, dadwino.

Lled, lledfyw.

Rhy, rhybucho, rhybuched.

Cwyn rhyw gwyn a rygenynt. L. Mor.

Rwyf o hoed ni ryfu hen. M. B.

Go, goddrwg, gobrudd.

Gwrth, gwrthddywedyd.

Hy, hybarch, hyfryd.

Dar, darfod, darostwng.

Di dibechod, diler.

Dy, dygymmod, dygyrch.

Et *di* pro *dy, dilyn.*

Dir, dirdynnu, dirwestu.

Sic *dys,* et quæ inde veniunt, *dis, dos,* nisi quod molles consonantes post *s,* fortius sonare videntur, *dosbarthu, dosparthu*; *dosbleidio, dospleidio.*

Ym, ymwroli, ymbleidio.

Gor, ante initialia, *b, d,* cum molli.

Gorfod, gorflwng, gorddwfr, Gorddyfn.

Ante *m,* aliquando cum molli, *gorfoledd.*

Aliquando cum primaria, *gormodd, gormail.*

Ante initialia *p, c, t,* cum aspera, *gorthrechu, gorthrymmu, gorphywys, gorphen, gorchymmyn, gorcheifn, gorchaled, gorthir, gorthorch, gorthoi, gorthew, gorthaw,*

Nid gorthaw a wnaf wrth a garwyf. Cyndd.

Ante reliqua initialia cum primaria, *gorllyfnu.*

An, ante *ll* et *r,* aliquando cum primaria, ut, *anllywodraeth, anrhydedd.*

Aliquando cum molli, et verso *n* in *f,* ut *afluniaidd, afrywiog, aflafar, afreolus.*

An, et *cyn,* ante radices, *c, p, t, b, d,* cum forma liquida, mutata *n* in liquidam sequentis dictionis, ut in præpositione, *yn,* ut,

Cywir, ang-nghywir.

Cân, cyng-nghanedd.

Et concinnius ad vitandam *κακοφωνίαν*, *anghywir, cynghanedd.*

Perffaith, am-mherffaith.

Porth, cym-mhorth.

Teilwng, an-nheilwng, twrf, cyn-nhyrfu.

Brwd, am-mrwd.

Duwiol, an-nuwiol.

Ante *g* et *m* cum molli, *gwr, anwr.*

Marwol, anfarwol.

Cyd, cum molli, *cyd-ladd* et *cyd-ladd.*

Cyd-ddwyn et *cyd-ddwyn, cyd-faſnach.*

Sed horum plurima per *maccaph* juncta potius videntur, quam compoſita.

Interdum ante *ll, rh,* et vocales, *d* vertitur in *f, cyfladd, cyfled, cyfrodedd,*

Cyd, in reliquis ſequitur *an* et *cyn.*

Cynt, ante vocales et *h* manet, ut, *cynt-haid.*

Alias inconſtans eſt, et uſu diſcitur.

Cym-mru, cym-mhlith.

Cynrabad.

Cyndyn,

Cyffeſin.

Cyntefin.

Tra, cum aſpera in prima claſſe, *trachynwys, trapharod, plith draphlith.*

In ſecunda cum primaria, *trablin, traglew, gwr tragwr.*

Accentus.

De accentu ſufficit monere, quod ut apud Hebræos, ſic et apud Brit. ſemper vel in ultima

vel in penult. locatur ; nunquam in antepenultimam cadit.

Quænam vero acuta ſint, quæ gravia, quæ circumflexa, uſus docebit.

Figura. Dull.

FIGURARUM duo genera ad Grammaticam pertinent. Quorum prius eſt orthographiæ, ſeu dictionis: poſterius, ſyntaxeos, ſive conſtructionis.

Dictionis : dull gair, *ſunt.*

1. Proſtheſis, *arddodiad :* et eſt vel literæ vel ſyllabæ.

Literæ, *dethol*, pro *ethol*; *datceiniad*, pro *atceiniad*; *raccw*, pro *accw.*

Syllabæ, *encilio*, pro *cilio*; *echdywynnu*, pro *tywynnu.*

2. Aphæreſis, *gwreidd-drwch.*

Literæ, *ab*, pro *fab*, in cognominibus : *ſef*, pro *ys ef.*

Syllabæ, *andaw*, pro *gwarandaw.*

3. Epentheſis, *ymſang.*

Literæ, *ganpwyd*, pro *ganwyd* ; *dywetpwyd*, et Demetis *dyweſpwyd*, pro *dywedwyd*, vel *dywettwyd* ; *llewyrch*, pro *llewych.*

Ugein-punt er a ganpwyd : pro *ganwyd.* Ut Latinis, omnis cura viris uter eſſet induperator. Enn. apud Cic. de Div. lib. i.

Syllabæ, *cyrybwyll*, pro *crybwyll* ; *cyrwydro*, pro *crwydro.*

4. Syncope, *cyttrwch, canol-drwch, perfedd-drwch.*

Literæ, *dwedyd,* pro *dywedyd*; *llythrennau,* pro *llythyrennau*; *rhoi,* pro *rhoddi*; *mynd,* pro *myned.*

Mynd á gwydd myned a gâf. G. G.

Gwasnaethu, pro *gwasanaethu.*

Arlwydd, pro *Arglwydd.*

Ac arlwydd megys gwrlais. G. I. H.

Nis cyfflybwn gwn gyni. D. G. pro *cyffelybwn.*

Doe wrth gyfflybrwydd y daw. G. G. pro *gyffelybrwydd.*

Cael cyfflybrwydd a wyddwn. G. F. G. pro *cyffelybrwydd.*

Tyrnaswr trwy ynysedd. Iolo. pro *teyrnaswr.*

A gweled yn ddigwilydd. H. C. pro *ddigywilydd.*

O dwedir ym d' ado 'r wyl. I. D. pro *dywedir.*

Ger bron caer Bab'lon cur bobl. Iolo. pro *Babilon.*

Ut ille,

Bobl yn nhwr Babilon hen. S. Br.

Mredydd, pro *Maredydd,* vel *Meredydd.*

Syllabæ, *codi,* pro *cyfodi.*

Mewn llid i'n delfid ein dau. O. Ll. M. pro *daliesid.*

Bwriad Llwelyn ap Iorwerth. L. G. pro *Llywelyn.*

Tygaswn, pro *tybygaswn.*

Et semel duarum syllabarum,

I dyfiad Llwyn ap Dafydd. L.G. pro *Llywelyn.*

5. Paragogæ, *argymmeriad.*

Literæ, *Palfau gwydd yn y pluf gwyn,* pro *plu.* D. I. D.

Myn adar mân i wawdudd
I gael plaid gwelyau pludd. H. D.
O eiriau teg, o ariant,
Ac aur coeth fel y gwyr cant. D. G. pro *arian.*
A niwl gwyn yn ol y gwynt,
Yn diffryd canol dyffrynt. D. G. pro *dyffryn.*

Syllabæ.

A gwneuthur, llafur nid lles,
Yn feichiog fy nyn faches. D. G. pro *fach.*
Rhai ucho'n feirw hayachen. T. A. pro *hayach.*

6. Apocope, *amdrwch, llosgyrn-drwch.*

Literæ, *trydy,* pro *trydydd.*

I eiste' rhwng clustiau 'r hydd. G. G. pro *eistedd.*
Dull oedd i'w dywall iddaw. L. D. pro *dywallt.*

7. Ectasis, *ystyn,* cum syllaba brevis longa fit, ut,

Ba elor hwy ble'r ai hon?
Be bai elor Babilon. L. Mon.
Bobl yn nhwr Babilon hen. S. B.

Sic veteres,

Breiniog wr a'i medd,
Braint y teyrnedd,
Breenhin Gwynedd, canys gwedda. D. B.

Pro quo nos *brenhin.*

8. Metathesis, *traws-ymsymmud*, *pylgaint*, pro *plygaint*; *llaswyr*, pro *sallwyr*.

Un ni sylf mwy nâ sylfaen. T. A.
Nos fal dydd na syfled un. G. H.

9. Antithesis, *cyfnewid-lythr*, *llythr-gyfnewid*, *sarthes*, pro *sarphes*; *meniginiaeth*, pro *meddiginiaeth*; *gwyryddon*, pro *gwyrysson*.

Gwr deffol a gair diffug. H. K.
A phleidiau deffoledig. Idem.
Finffug wr am fenffyg oedd. D. G.
Ymroi fal i'w marfolaeth. R. R.
Goreu oedd o'r gwyryddon. Iolo.
Chwaer oeddyth i wyryddon. T. A. pro *gwyryson.*

10. Synæresis, *diolchodd*, pro *di-olchodd*, a *diolch*; *na'd*, pro *na âd*; *n'edwch*, pro *na edwch*; *twysog*, pro *tywysog*.

11. Tmesis.

Yscyfar yn ar y nos
Nogod sy yma 'n agos.
Gwen ferch Hywel wehelyth
Llian ni bydd llawen byth. I. H. S.

De figuris syntaxeos consule Wilhelmi Salesburii rhetoricam MS. ab Henrico Perrio interpolatam et in lucem editam, quarum etiam nos nonnullas in syntaxi passim attigimus.

Prosodia.

HUIC libello justum prosodiæ tractatum non destinavimus, sed in eorum gratiam qui poesin Brit. nullius esse aut artificii aut antiquitatis existimant, paucula tantummodo subjicere, in quibus cum poesi Hebraica nostras convenit. Qui plura cupit, consulat Jo. Da. Rhesum, qui si alicubi erraverit, alios sequutus duces, nostri non est instituti ostendere.

Convenit autem poesi nostræ cum Hebraica præcipue rhythmo et carminum genere.

Rhythmum natura generavit, et ἐκ τῶν αὐτοσχεδιασμάτων, ut loquitur Aristoteles, ex naturali et sponte fusa compositione ortus est. Et dicit [a] Quintil. Aurium mensura et similiter decurrentium spatiorum observatione, primo generatum esse rhythmum, mox repertos esse pedes, qui demum in locos suos sunt ordinati. Solo autem rhythmo, et similiter decurrentibus sententiarum terminis, in Græcia ante Homerum, et in Italia ante Andronicum, mensurata fuisse constat poemata. Prout hodie Francorum, Italorum, Hispanorum, Germanorum &c. poemata omnia rhythmica sunt. Qualia et olim fuerunt Hebræorum, præsertim post scripta sacrorum bibliorum poemata, quæ nondum compertum et exploratum est qualia fuerunt.

Ne autem existimes, rhythmum ab antiquis Hebræis non fuisse observatum, sed recentio-

[a] Lib. ix. c. 4.

rum, ex aliarum gentium imitatione, esse inventum; scribit R. Moseh Shem Tobh, se incidisse in sepulchrum Regis Amaziæ, quod insculptum habebat ejus epitaphium, idque rhythmicum.

In Britannis igitur carminibus, ut in Heb. est metrum et rhythmus. Metrum est certus syllabarum numerus. Rhythmus clausula certum syllabarum numerum terminans. Metrum ad quantitatem; rhythmus ad qualitatem carminis spectat. Quintil. lib. ix. c. 4.

Est vero rhythmus vel unius syllabæ, vel duarum, congruentia.

Præter rhythmum et metrum, accommodati sunt ad poesin Brit. (ut et Hebr.) etiam accentus.

Ex his veterum Britannorum poesis constitit; quibus postea [b] concentus, consonantium correspondentia, et vocalium dissonantia constans, accessit. Ex se enim semper pulchra, successivis accessionibus, a tempore in tempus cultior facta est, ita ut omnium gentium poesin superet Britannica.

Sunt igitur versus nostri, ut Hebræorum, ὁμοιόρυθμοι. Et ex rhythmo Hebræo Britannus dignosci potest.

Hebræus triplex est,

Primus fit per simplices consonas, nulla punctorum vocalium habita ratione, qui Hebræis imperfectus dicitur.

[b] *Cynghanedd.*

Secundus per confonas cum fuis punctis, h. e. per integras fyllabas, quem Hebræi confpicuum feu elegantem vocant.

Tertius per duas literas cum fuis punctis, h. e. per duas fyllabas fit, quem Heb. vocant rhythmum excellentem.

Primum ut imperfectum, Britanni non agnofcunt. Duos pofteriores amplectuntur.

Secundum dicimus, *odl unfillafog* cadentiam monofyllabicam Lat. dicere poffis, ut

y gwr uwch ben goruwch byd,
Goruchaf yw 'n gwir iechyd.

Tertium dicimus *odl gyfochr*, rhythmum harmonicum, ut,

Em mi biau }
Amlwg iau, } *a goleuad.*
A gweliau, }

Eft autem vitiofum, ut in Hebræo, ita et in Britannico rhythmo, fyllabas fimilis pronunciationis ufurpare, ut,

Llynn o ddwfr yn llawn o ddig.
Llonaid deugwr llynn Tegid.

Quod vitium nos vocamus *twyllodl*, ψευδόριθμον.

Carminum genera.

Nonnulla conftant paucioribus fyllabis, ut,

[c] אני אגלה שלש אלה:
ברתיהם ורניהם:

Latinis characteribus fic,

[c] Elias Cant. xii.

Ani egleh Sheloſh elleh;
Beratheihem Vedineihem.

Hoc eſt,

Ego revelabo Tria illa;
Cum legibus ſuis Et judiciis ſuis.

Sic Britannice quatuor ſyllabarum,

Dewr hil fil fur,
Didarf Dudur.

Quod carminis genus vocamus, *cywydd deuair fyrrion.*

Et quinque ſyllabarum.

Gwyr yn rhoi gwared,
Oeddyn, a nodded,
Am Hywel bummed
Ei hil gyn haeled. L. G.

Nec abſimilia ſunt Latina,

Contra vim mortis,
Non eſt medicamen in hortis.

Et ſex ſyllabarum.

Brau wyt wyr Robert Dwn.
Braich y niwl Brecheiniawg.

Et ſeptem ſyllabarum.

Afo doeth efe a dau,
Anoeth ni reol enau. G. I. H.

Et octo ſyllabarum, ut,

אתן שבח גם תפרת
לאל תכן רום בזרת׃ -

Latin. charact. ſic,

Etten ſhebhach, gam tiphereth,
La el ticcen rum bazzereth.

Cum rhythmo duarum syllabarum; et sonat Latine,

Dabo laudem, etiam gloriam
Deo (qui) mensus est palmo sublimia.

Sic Brit.

Ein ior ydwyd Sion waredawg
A'n cun eurfalch Siancyn arfawg.

Cum rhythmo simplici unius syllabæ.

Et novem syllabarum, sic,

O enau Addaf fal gwinwydden,
Y tair croes a droes yn dair assen:
Y gwiail a oedd o gil ei en,
Draw a'i gwelad yn dair gwialen.

Quod enneametron vocamus *cybydedd nawban.*

Et decem syllabarum.

וכל גבר אשר אין לו תבונה׃
הלא הוא כבהמה באמונה׃

Rhythmo duarum syllabarum, Lat. charact. sic,

Ve col gebher asher ein lo tebhunah,
Halo hu cibbehemah beemunah?

Hoc est,

Et vir cui non ei intelligentia,
Nonne ipse sicut jumentum in veritate?

Sic Brit.

Gwn a wna f' enaid gain enau fwyniant
Gweddio 'r Iesu gwiwdduw oreusant, &c.

Nec absimile Latinum illud,

Si vis incolumem, si vis te reddere sanum,
Curas tolle graves, irasci crede profanum.

Est et carminis genus apud Hebræos et Bri-

tannos, quod alternis versibus rhythmos habet concordantes, quod nos dicimus, *proest.* Hebræum sic habet.

על כל קנין תקנה חכמה :
על כל מעלה תבחר שפלות :
הרחק מכל-מדה רעה :
ובראש כלן מן הבילות :

Lat. charact. sic,

Ngal col kinian tikneh chokmah.
Ngal col manglah tibhchar shiphluth.
Harchek miccol middah rangah.
Vberosh cullan min habbiluth.

Hoc est,

Supra omnem possessionem acquire sapientiam.
Supra omnem dignitatem elige humilitatem.
Longe abesto ab omni proprietate mala;
Et ante omnia a tenacitate.

Et plura similia apud Eliam, ubi primus versus tertio, secundus quarto respondet. Sic Britannice,

Mae Rhys heb gael mwy o'r hun:
Mae 'r genedl a'i mawr gwynan:
Mae 'r beirdd oblegid marw hun:
Mewn llewyg am Wenllian.

Similia Latine composuerunt rudiores, ut ille de Milone comite Herefordense, regnante Stephano,

Vatum et ducum gloria
Milo, cujus in pectore
Certant vires et studia,
Certat Hector cum Nestore &c.

Aliquando unumquodque hemiſtichium quatuor membris inciſum eſt, et in quatuor pauſas diſtinguitur, quorum tria priora eodem rhythmo finiuntur, quartum peculiarem habet rhythmum in toto carmine ſimilem. Hoc genus Hebræi dicunt carmen diviſum.

Sunt autem illa inciſa, vel quatuor ſyllabarum, ut,

צדיק תמים :	תציל אותו :
מלא אמים :	רוב צדקתו :
מאיש דמים :	וברשעתו :
על לא פשע :	יפול רשע :

Latinis literis ſic,

Tſaddik tammim,	Tatſtſil otho
Malle emim,	Rob tſidkatho,
Meiſh dammim,	Vberiſhngatho
Ngal lo peſhang.	Jippol raſhang.

Hoc eſt,

Juſtus integer	Repletus eſt terroribus
A viro ſanguinum,	Sine ſua iniquitate.
Liberabit eum	Multa juſtitia ſua;
Et in improbitate ſua	Corruet improbus.

Sic et Britannice,

Mi a baraf	*Am lyſaſſu*
I'm gwen araf,	*Fy niſlaſſu,*
Gann a garaf,	*A'm lliaſſu,*
Gain o gerydd.	*Em llioſyda.*

Quod genus carminis vocamus *huppynt hir.*

Vel ſunt plurium ſyllabarum, ut,

מאד נפשי תגעל :
לכל־אנשי מעל :

במכרם נפשם על :
צרורות כספיהם :
וירבו קנינים :
ונטעי נעמנים :
ויבנו בנינים :
בארצ לא להם :

Latinis charact. ſic,

Meod naphſhi tigngal
Le col anſhei mangal,
Bemacram naphſham ngal
  Tſeroroth caſpeihem:
Veiirbu kinianim,
Venitngei nangamanim,
Veiibenu binianim,
  Beerets lo lahem.

Et ſonant Latine,

Faſtidit anima mea omnes homines prævaricationis qui vendunt animas ſuas pro loculis pecuniarum ſuarum, et multiplicant poſſeſſiones et plantationes locorum amœnorum. Et conſtruunt ædificia in terra non ſua.

Sic Britannice,

Pa ddyn bynnag ſych,
Pa gerdd a fedrych,
Gydag â nodych
  yn enwedig:
Tyred pan ſynnych,
Croeſo pan ddelych,
A chwedi delych,
  Tra ſynnych trig.

Quod genus carminis vocamus *cybydedd hir.*

Sic et imperitioris feculi poetæ ludebant Latine,

> Quanquam tacet,
> Multis placet,
> Raro jacet
> Vir optimus :
> Quicquid loquetur,
> Defpicietur,
> Nec coletur
> Peffimus.

In his autem carminibus Hebraicis, prætérquam quód genere cum Britannis conveniant, concentus et refumptionis Br. fpeciem et umbram videre licet. Atque hæc de profodia noftro fufficiant inftituto.

AUTHORUM NOMINA.

A.

ANNIUS Viterbenſis
Archilocus
Arias Montanus
Ariſtophanes
Athenæus
D. Auguſtinus
Aulus Gellius

B.

Beroſus
Biblia ſacra
Brerewood

C.

Caius de antiq. Cant.
Cornelius Celſus
Cornelius Tacitus

D.

David Pouelus
Digeſta
Diodorus Siculus
Dion. Caſſius

E.

Euſebius

F.

Fabius
Fr. Godwinus
Fr. Junius

G.

Galf. Monemutenſis
Gervaſ. Cantuarien.
Gildas ſapiens
Giraldus Cambrenſis
Gruff. Rupertius
Guil. Camden. Br. fol.
Guil. Stepn. Hiſp. Ludimag.

H.

Hacluyt.
Higden
Humffredus Lluidus
Humffred. Prichard.

I.

Ignatius
Immanuel Tremellius
Joannes Aventinus
Jo. Da. Rheſus
Jo. Priſeus eques auratus

Jo. Wiclefus
Joſephus
Joſephus Scaliger
Iſidorus
Julius Cæſar
Julius Scaliger
Juſtinianus
Juſtus Lipſius

L.

Lactantius
Laertius
Lambertus Archaio
Lod. Vives
Lucanus

M.

Maurus Terentianus

P.

Platina
Plato
Plautus
Plinius
Plutarchus
Ponticus Virunnius
Priſcianus

Q.

Quintilianus

R.

R. Aben Ezra
R. D. Kimchi
R. Jonah.
R. Selomoh

S.

Sabellicus
Seneca
Suetonius

T.

Theophilus Antioch.
Thom. Smith. eques auratus
Triphon. Juriſconſ.

V.

Val. Maximus
Virgilius
Vitus Baſinſt.

W.

Wil. Malmeſbur.
W. Saleſburius
Wolphgang. Muſculus

X.

Xenophon

Z.

Zantes Pagninus

POETÆ BRITANNICI

IN

HOC LIBELLO

CITATI.

A.

AMBROSIUS Telesinus	Vide Præfat. et Balæum
Aneurin Gwawdrydd	

B.

	Flor. an. Chr.
B. B. Bedo Brwynllys	1460
B. Ph. B. Bedo Ph. Bach.	1480
B. F. Bleddyn Fardd	1246
B. F. G. Y. Brawd Fadawg ap Gwallter.	1250

C.

Cyndd. Cynddelw brydydd mawr	1250
C. D. G. Cynwrig ap Da. Goch	1420

D.

Dan. Daniel ap llosgwrn mew	1280
D. B. Dafydd Benfras	1240
D. E. Dafydd ap Edmwnt	1450
D. G. Dafydd ap Gwilym	1400
D. I. E. Deio ap. Ieuan Du	1480

	Flor. an. Chr.
D. Ll. Dafydd Llwyd ap Llewel ap Gruff.	1480
D. M. T. Dafydd ap Maredydd ap Tudur	1460
D. N. Dafydd Nanmor	1460

E.

Edeyrn dafod aur	
E. G. Eingion ap Gwalchmai	1240
E. G. Eingion ap Gwgawn	1250
E. S. Elidir Sais	1230

G.

G. B. Gwynfardd Brecheinog	1137
G. F. Gruff. Fychan ap Gr. ap Edn.	1460
G. G. Gutto'r Glyn	1450
G. Gr. Gruff. Gryg.	1400
G. H. Gruff. Hiraethog	1530
G. I. H. Gwilym ap Ieuan Hen	1460
G. I. Ll. Gruff. ap Ie. ap Lle. Fychan	1500
G. Ll. Gruff. Llwyd ap Da. ap Eng.	1400
G. M. Gwalchmai ap Meilir.	1260
G. O. Guttyn Owain.	1480
G. T. Gwilym Tew	1460
G. S. Gwil. ap Sefnyn	1450

H.

H. D. Hywel Dafydd ap Ie. ap Rys	1460
H. C. Huw, vel Hywel Cae Llwyd	1480
H. K. Hywel Kilan	1480
H. O. Hywel ap Owein Gwynedd	1130
H. R. Hywel Reinallt	1480
H. S. Hywel Swrdwal	1450

I.

	Flor. an. Chr.
I. D. Ieuan Deulwyn	1460
I. F. Ior. Fynglwyd	1460
I. G. Ieu. Gethin ap Ie. ap Lleiſon	1450
I. O. S. Ie. ap Hywel Swrdwal	1460
Iolo Goch	1400
I. R. Ie. ap Rydd. ap Ieu. Llwyd	1420
I. T. Ieuan Tew	1460
I. T. P. Ieu. ap Tudr Penllyn	1480

L.

L. D. Lewys Daron	
L. G. Lewys alias *Llewelyn Glyn Cothi*	1450
L. Mon. Lewys Mon.	1500
L. Mor. Lewys Morgannwg	1520
Ll. B. H. Llewelyn Brydydd Hodnant	1360
Ll. F. Llewelyn Fardd	1280
Ll. G. Llygad Gwr	1300
Ll. G. Llew. Goch ap Meurig hen	1400
Ll. M. T. Llew. ap Maredydd ap Tudur	1460
Ll. Llowdden	1460

M.

Merlinus Ambroſius } Vide Præfat. et Balæum	
Merlinus Sylveſtris }	
M. B. Madog Benfras	1400
M. Br. Meilir Brydydd	1137
M. H. T. Morys ap Hywel ap Tudur	1530
M. L. Morys Llwyd	1560
M. R. Meredydd ap Rhys	1440

O.

	Flor. an. Chr.
O. Ll. Owein ap Llew. ap y moel	1450
O. G. Owain Gwynedd	1570

P.

P. B. y Prydydd Bychan o Ddeheubarth	1280
P. M. Llywarch Prydydd y moch	1240

R.

R. C. Rys Cain	1580
R. G. Rhys Goch o Eryri	1420
R. L. Robert Leiaf	1480
R. N. Rhys Nanmor	1460
R. P. Rhys Pennardd	1480
R. R. Raff ap Robert	1500

S.

S. B. Sion Brwynog	1550
S. F. Simwnt Fychan	1560
S. K. Sion Keri	1520
S. T. Sion Tudur	1580

T.

T. A. Tudur Aled	1500
T. P. Tudur Penllyn	1460

W.

W. Ll. Wiliam Llyn	1560

Names of places derived from some parts of the body. - Ad. Clarke Isaiah ch. 5, v. 1.